DE

GRAECORUM FABULIS AD THRACES PERTINENTIBUS

QUAESTIONES CRITICAE

SCRIPSIT

FRIDERICUS HILLER DE GAERTRINGEN

DR. PHIL.

BEROLINI

APUD HAUDE ET SPENER

(F. WEIDLING)

1886.

DE

GRAECORUM FABULIS AD THRACES PERTINENTIBUS

QUAESTIONES CRITICAE

SCRIPSIT

FRIDERICUS HILLER DE GAERTRINGEN

DR. PHIL.

BEROLINI

APUD HAUDE ET SPENER

(F. WEIDLING)

1886.

ALFREDO DE GUTSCHMID

CAROLO ROBERT

SACRUM

Antiquissimas Graecorum res totas intellegere non possumus sine aliqua earum gentium notitia, quibuscum aut eandem terram incoluerunt, aut, cum plus minus longo spatio essent dirempti, commercium tamen habuerunt. Graecos enim nemo iam putat omnia, quae ad vitae cultum atque humanitatem, ad artes et religionem pertinent, ex suo peculio hausisse et sicut deos procreasse, sed quo tempore novas sedes in Graecia quaererent, rudes admodum fuisse et ab aliis populis, qui, cum iam diu certas sedes haberent, ad aliquem humanitatis gradum iam pervenerant, ea libenter accepisse ac didicisse, quae meliora apud eos invenirent. Quod etiamsi concedimus, minime iis adsentimur, qui inde ab antiquis nonnullis scriptoribus usque ad nostri saeculi quosdam auctores totam Graecorum religionem, deinde etiam philosophiam ac prope omnem humanitatem ex Asia fluxisse putaverunt, nimis illi orientem, cuius re vera imperitissimi fuerunt, admirantes. Manet certe etiamnunc Philippi Opuntii illud[1]) *ὡς ὅ τί περ ἂν Ἕλληνες βαρβάρων παραλάβωσι, κάλλιον τοῦτο εἰς τέλος ἀπεργάζονται.* Sed accepisse Graecos multa, quamvis maximam partem rudia adhuc et incohata, vel antiquissimae aetatis reliquiis illis, quae nostris temporibus e terra sunt erutae, comprobatur.

Jam vero quae de illis populis tradita sunt prope omnia fabulis sunt involuta. Quamquam ubi ceteris adiumentis destituti sumus, vel hoc auxilium libentissimo animo accipiendum est. Certe imprimis Graecorum fabulae variam plerumque speciem praebent; diversissima saepe de uno eodemque heroë vel bello vel qualicumque fabulari re traduntur, ut omnis iam

---

[1]) [Plat.] Epin. c. 10 p. 987 d e. —

spes abicienda videatur aliquid certi eruendi. Notissima sunt quae summus vir — Christ. Aug. Lobeck[2]) — de Eleusiniis fabulis statuit: „... ita varie tradita esse ut manifestum fiat nullum tradentium alterius se obstrinxisse auctoritate, nedum ut omnes ex communi quodam fonte hauserint; quo uno exemplo ex innumerabilibus delecto arguitur eorum temeritas, qui ex variis discordibusque poetarum et mythographorum narratiunculis antiquae famae formam et quasi lineamenta recognosci posse sperant" .... „haec omnes chronologorum circulos conturbant; rationes iacent, silet iudicium, quid agant, nesciunt."

Sed ne talis viri auctoritas ab eiusmodi studiis deterreret omnes cautos et consideratos homines — nempe fuerunt etiam multi semper, qui incertissima potissimum scire cuperent — maxime effecisse videtur Graecarum fabularum ipsarum iam per se studium, quae essent et qualis earum natura.[2a]) Sunt enim non omnia unius generis, sed ipsae suam habent, ut ita dicam, historiam; variis de causis ortae sunt et diversis temporibus diverse traditae. Hoc semper respiciendum erit, si qua uti volumus qualemcumque ad finem. Ac primi certe fabularum fontes sunt et deorum cultus et quae ex vetere sua historia de origine rebus gestis bellis migrationibus deque iis gentibus, quibuscum per pacem aut bellum aliqua consuetudo ei fuisset, unusquisque populus memoria retinuit.

Haec varie iam tradita sunt a poëtis epicis lyricis scaenicis, ut de doctis illis Alexandrinis taceam, qui iam *ἀμάρτυρον οὐδὲν* cecinerunt, quamquam e fontibus satis absconditis saepe hauserunt; mutaverunt multa philosophi atque historici; denique illi fuerunt, qui veterum et recentiorum auctorum sententias simpliciter collegerunt ac breviter ea, qua notissimae erant, forma — tragoediarum maxime argumenta intellego — additis saepe veterum poetarum et aliorum auctorum discrepantiis fabulas retulerunt; — unicum illi nostrum refugium ubi antiquiora monumenta perierunt.

---

²) Lobeck, Agl. p. 211/2. — ²ᵃ) cf. in universum M. Mayer, De Euripidis mythopoeia capita duo, Berol. 1883 p. 4. 5. —

Quae cum ita sint, in omnibus disputationibus de veteribus illis populis, de quibus Graecorum fabulae prope solae nos edocent, primum statuendum est, quae apud diversorum generum et temporum auctores de iis sententiae fuerint eaeque, utrum a prioribus auctoribus sive poëtis sive historicis pendeant, an aliunde ortae sint; tum demum, aut omnino non, intellegemus, quae e traditis rebus erui possint.[3])

Haec igitur tenens ad quaestionem aliquam accedere ausus sum, quam iam multi iique eruditissimi viri solvere conati sunt: illam de Thracibus dico, qui in Graecorum fabulis Graeciae quasdam regiones aliquando incoluisse traduntur. Graeci memoria tenuerunt maxime ad ipsorum religionem Thraces non nihil valuisse; sed de aliis quoque rebus cum religione ab initio coniunctis traditum, musicam intellego ac vel poësin. Haec quomodo barbari efficere potuissent, quaesitum; difficultas ab aliis aliter expedita est. Ac nos quidem totum nolumus tractare argumentum, sed aliquid ad solvendam quaestionem attulisse satis habebimus Graecorum de Eumolpo et Tereo fabulis examinatis, quibuscum iam apud veteres ea coniuncta sunt, quae ipsi de Thracibus Eleusinem et Phocidem tenentibus comperta habuerunt aut certe habere opinati sunt. Quibus de Phinei fabula disputationem addam, quae, quamquam ad Asiam magis spectat, tamen ad Graecorum de Thracibus sententias cognoscendas permultum affert. Atque iam nunc mihi venia petenda est, si de Thracibus disserere professus longius interdum a proposito meo egredi visus ero; nam si, quid in illis fabulis Thracium sit, quaeritur, totae sunt spectandae, ne quod in ea ipsa parte, quae exclusa esset, Thracium vestigium temere neglegatur.

Eorum autem, qui nostra aetate de Thracibus et quae iis cum Graecis ratio interfuisset scripserunt, permultum me debere omnibus iis, quos infra recensebo, fateor, quamquam probare eorum sententias saepe minime potui.

[3]) Jure igitur A. de Gutschmid (Fl. jhb. 1864 p. 671) in eiusmodi quaestionibus (velut de Pelasgis illa) necessarium esse dicit „eine Geschichte der über den zu untersuchenden Punkt bei den Griechen

Quorum primo loco commemorandus est C. O. Mueller.[4]) Qui et deorum cultum, imprimis Bacchi et Musarum, et cum illo coniunctam musicam, qualem Thraces Pierii tum coluissent, permultum olim valuisse ostendit apud Graecos et Thracios aoedos epicae Graecorum poësis quasi parentes fuisse putavit; id quod nullo modo fieri potuisset, nisi Thraces illi ipsi cum Graecis communem originem linguamque habuissent. Quare hos prorsus esse seiungendos a Thracibus Thraciae quae proprie ita nominatur incolis, quorum rudes ferosque animos quinto saeculo Graeci fastidissent aut irrisissent. Ad hanc igitur communem stirpem pertinere omnia Thracum, quae in Graecia reperirentur, vestigia. — Huius summi viri sententia diu ab omnibus sine dubitatione probata atque recepta est; ac valet nunc quoque apud plurimos.

Post Muellerum Ch. A. Lobeck[5]) Aglaophamo suo Orphica maxime, quae usque ad id tempus omnino obscura fuerant, illustravit, eadem ad nostram quaestionem gravissima, atque ibidem etiam de Thracio Bacchi cultu optime disseruit. Muellerum respexisse nondum videtur.

Contra Muelleri vestigia pressit O. Abel,[6]) qui barbaros illos Thraces (quos Thynos appellat) post Homeri demum aetatem in Thraciam tum a Pelasgicis Thracibus obsessam irrupisse coniecit una cum Cimmeriis Treribusque, quos in Asiam invasisse accepimus. Horum reliquias Asiaticos illos Thraces esse, Thynos Bithynosque. Quorum prius illud vetere testimonio nullo probari ipse fatetur et quae affert indicia minime certa sunt; alterum nuper ab E. Meyero[7]) denuo probatum est.

---

zu verschiedenen Zeiten herrschenden Ansichten zu entwerfen". — [4]) C. O. Mueller, Orchomenos und die Minyer 1820, p. 379—91 — Dorier 1824 I p. 9—10 — Ueber die Wohnsitze, die Abstammung und die ältere Geschichte des Makedonischen Volkes 1825 p. 34 sqq. — Geschichte der griechischen Literatur 1841 I p. 43—7. — [5]) Ch. A. Lobeck, Aglaophamus sive de theologiae mysticae Graecorum causis 1829 (I p. 289—98, II p. 1014 sqq.) — [6]) Otto Abel, Makedonien vor König Philipp 1847 p. 67—84; cf. et ea, quae antea de Macedonici regni originibus disputantur (in Phrygibus atque Paeonibus non moror). — [7]) Ed. Meyer, Geschichte des Altertums 1884

De Thracibus solis egit B. Giseke,[8]) cuius e sententia gentes Pelasgis proprinquae Graeciam habitantibus Thraciam quondam tenuerunt. At Paeones id est Teucri et Mysi irrumpentes et optimam ubique terram occupantes veteres illos Thraces partim in arduos montes reppulerunt, partim omnino eiecerunt, ut dissipati iam per Graeciam vagarentur et inde turbatis omnibus rebus in Asiam traicerent. Sic Paeonum invasio etiam Minyarum Cadmeorum Abantum Dryopumque ac Boeotorum et denique Dorum migrationis prima quodammodo causa atque origo fuit. — Cum igitur vir doctus veteres Thraciae incolas (Muelleri et Abelii exempla secutus) cum Pelasgis confundat, de Pelasgis autem Aeschyli illud[9])

τοῦ γηγενοῦς γάρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος
ἶνις Πελασγὸς κτέ

ex accuratissima rerum vetustarum scientia fluxisse censeat, Abelii acutam illam de Bithynorum invasione cum Cimmeria coniungenda coniecturam reicit.

Jam vero audacius multo Al. Riese[10]) exceptis nonnullis incursionibus Thraces in Graecia fuisse omnino negat. Negat quoque Orpheum ceterosque illos vates fabulosos Thraciam originem habuisse ante Onomacritum, qui Orpheum cum Zagreo coniunxisset et insuper propter huius cum Thracio Baccho similitudinem, Thracia civitate donavisset. Scriptores autem, qui Thraces in Graecia diu habitantes fingerent, velut Thucydidem Aristotelem Ephorum Strabonem et poëtas tragicos Sophoclem Euripidemque partim miris ac prope ridiculis erroribus delusos esse, partim ab Orphicis pendere; plurimum etiam valuisse Pierum, quae Graeca gens esset, cum Thracibus confusionem.

At fuerunt etiam ante hunc viri docti, qui tota illa argumenta, quibus Muellerus confisus duplices fuisse Thraces statuerat, reicerent. Ac primus quidem, quantum ego scio, A. de Gutschmid[11]) breviter et *ὡς ἐν παρόδῳ*, sed haud le-

p. 544 § 452 n. — [8]) Bernh. Giseke, thrakisch-pelasgische Stämme der Balkanhalbinsel 1856. — [9]) Aesch. Suppl. 250—9 (Giseke l. l. p. 25) Ceterum de Pelasgis cf. S. Bruck, Quae veteres de Pelasgis tradiderint diss. inaug. Vratisl. 1884 (imprimis p. 12 sqq.) — [10]) Al. Riese, Orpheus und die mythischen Thraker Fl. jhb. 1877 p. 224—240. — [11]) A. d. Gut-

ALFREDO DE GUTSCHMID

CAROLO ROBERT

SACRUM

A De Aquilone et Orithyia 7

B De Tereo, Eumolpo, Phineo

I De Eumolpo Thracibus cum Eleusiniis 11.

II De Tereo Thracibusque Phocidem et Dauliam occupantibus 34

III De Phineo et de Thracibus Asiaticis

§ 80. Rhesos.

Antiquissimas Graecorum res totas intellegere non possumus sine aliqua earum gentium notitia, quibuscum aut eandem terram incoluerunt, aut, cum plus minus longo spatio essent dirempti, commercium tamen habuerunt. Graecos enim nemo iam putat omnia, quae ad vitae cultum atque humanitatem, ad artes et religionem pertinent, ex suo peculio hausisse et sicut deos procreasse, sed quo tempore novas sedes in Graecia quaererent, rudes admodum fuisse et ab aliis populis, qui, cum iam diu certas sedes haberent, ad aliquem humanitatis gradum iam pervenerant, ea libenter accepisse ac didicisse, quae meliora apud eos invenirent. Quod etiamsi concedimus, minime iis adsentimur, qui inde ab antiquis nonnullis scriptoribus usque ad nostri saeculi quosdam auctores totam Graecorum religionem, deinde etiam philosophiam ac prope omnem humanitatem ex Asia fluxisse putaverunt, nimis illi orientem, cuius re vera imperitissimi fuerunt, admirantes. Manet certe etiamnunc Philippi Opuntii illud[1]) *ὡς ὅ τί περ ἂν Ἕλληνες βαρβάρων παραλάβωσι, κάλλιον τοῦτο εἰς τέλος ἀπεργάζονται.* Sed accepisse Graecos multa, quamvis maximam partem rudia adhuc et incohata, vel antiquissimae aetatis reliquiis illis, quae nostris temporibus e terra sunt erutae, comprobatur.

Jam vero quae de illis populis tradita sunt prope omnia fabulis sunt involuta. Quamquam ubi ceteris adiumentis destituti sumus, vel hoc auxilium libentissimo animo accipiendum est. Certe imprimis Graecorum fabulae variam plerumque speciem praebent; diversissima saepe de uno eodemque heroë vel bello vel qualicumque fabulari re traduntur, ut omnis iam

[1]) [Plat.] Epin. c. 10 p. 987 d e. —

spes abicienda videatur aliquid certi eruendi. Notissima sunt quae summus vir — Christ. Aug. Lobeck[2]) — de Eleusiniis fabulis statuit: „... ita varie tradita esse ut manifestum fiat nullum tradentium alterius se obstrinxisse auctoritate, nedum ut omnes ex communi quodam fonte hauserint; quo uno exemplo ex innumerabilibus delecto arguitur eorum temeritas, qui ex variis discordibusque poetarum et mythographorum narratiunculis antiquae famae formam et quasi lineamenta recognosci posse sperant“ .... „haec omnes chronologorum circulos conturbant; rationes iacent, silet iudicium, quid agant, nesciunt.“

Sed ne talis viri auctoritas ab eiusmodi studiis deterreret omnes cautos et consideratos homines — nempe fuerunt etiam multi semper, qui incertissima potissimum scire cuperent — maxime effecisse videtur Graecarum fabularum ipsarum iam per se studium, quae essent et qualis earum natura.[2a]) Sunt enim non omnia unius generis, sed ipsae suam habent, ut ita dicam, historiam; variis de causis ortae sunt et diversis temporibus diverse traditae. Hoc semper respiciendum erit, si qua uti volumus qualemcumque ad finem. Ac primi certe fabularum fontes sunt et deorum cultus et quae ex vetere sua historia de origine rebus gestis bellis migrationibus deque iis gentibus, quibuscum per pacem aut bellum aliqua consuetudo ei fuisset, unusquisque populus memoria retinuit.

Haec varie iam tradita sunt a poëtis epicis lyricis scaenicis, ut de doctis illis Alexandrinis taceam, qui iam *ἀμάρτυρον οὐδὲν* cecinerunt, quamquam e fontibus satis absconditis saepe hauserunt; mutaverunt multa philosophi atque historici; denique illi fuerunt, qui veterum et recentiorum auctorum sententias simpliciter collegerunt ac breviter ea, qua notissimae erant, forma — tragoediarum maxime argumenta intellego — additis saepe veterum poetarum et aliorum auctorum discrepantiis fabulas retulerunt; — unicum illi nostrum refugium ubi antiquiora monumenta perierunt.

---

[2]) Lobeck, Agl. p. 211/2. — [2a]) cf. in universum M. Mayer, De Euripidis mythopoeia capita duo, Berol. 1883 p. 4. 5. —

Quae cum ita sint, in omnibus disputationibus de veteribus illis populis, de quibus Graecorum fabulae prope solae nos edocent, primum statuendum est, quae apud diversorum generum et temporum auctores de iis sententiae fuerint eaeque, utrum a prioribus auctoribus sive poëtis sive historicis pendeant, an aliunde ortae sint; tum demum, aut omnino non, intellegemus, quae e traditis rebus erui possint.[3])

Haec igitur tenens ad quaestionem aliquam accedere ausus sum, quam iam multi iique eruditissimi viri solvere conati sunt: illam de Thracibus dico, qui in Graecorum fabulis Graeciae quasdam regiones aliquando incoluisse traduntur. Graeci memoria tenuerunt maxime ad ipsorum religionem Thraces non nihil valuisse; sed de aliis quoque rebus cum religione ab initio coniunctis traditum, musicam intellego ac vel poësin. Haec quomodo barbari efficere potuissent, quaesitum; difficultas ab aliis aliter expedita est. Ac nos quidem totum nolumus tractare argumentum, sed aliquid ad solvendam quaestionem attulisse satis habebimus Graecorum de Eumolpo et Tereo fabulis examinatis, quibuscum iam apud veteres ea coniuncta sunt, quae ipsi de Thracibus Eleusinem et Phocidem tenentibus comperta habuerunt aut certe habere opinati sunt. Quibus de Phinei fabula disputationem addam, quae, quamquam ad Asiam magis spectat, tamen ad Graecorum de Thracibus sententias cognoscendas permultum affert. Atque iam nunc mihi venia petenda est, si de Thracibus disserere professus longius interdum a proposito meo egredi visus ero; nam si, quid in illis fabulis Thracium sit, quaeritur, totae sunt spectandae, ne quod in ea ipsa parte, quae exclusa esset, Thracium vestigium temere neglegatur.

Eorum autem, qui nostra aetate de Thracibus et quae iis cum Graecis ratio interfuisset scripserunt, permultum me debere omnibus iis, quos infra recensebo, fateor, quamquam probare eorum sententias saepe minime potui.

[3]) Jure igitur A. de Gutschmid (Fl. jhb. 1864 p. 671) in eiusmodi quaestionibus (velut de Pelasgis illa) necessarium esse dicit „eine Geschichte der über den zu untersuchenden Punkt bei den Griechen

Quorum primo loco commemorandus est C. O. Mueller.[4]) Qui et deorum cultum, imprimis Bacchi et Musarum, et cum illo coniunctam musicam, qualem Thraces Pierii tum coluissent, permultum olim valuisse ostendit apud Graecos et Thracios aoedos epicae Graecorum poësis quasi parentes fuisse putavit; id quod nullo modo fieri potuisset, nisi Thraces illi ipsi cum Graecis communem originem linguamque habuissent. Quare hos prorsus esse seiungendos a Thracibus Thraciae quae proprie ita nominatur incolis, quorum rudes ferosque animos quinto saeculo Graeci fastidissent aut irrisissent. Ad hanc igitur communem stirpem pertinere omnia Thracum, quae in Graecia reperirentur, vestigia. — Huius summi viri sententia diu ab omnibus sine dubitatione probata atque recepta est; ac valet nunc quoque apud plurimos.

Post Muellerum Ch. A. Lobeck[5]) Aglaophamo suo Orphica maxime, quae usque ad id tempus omnino obscura fuerant, illustravit, eadem ad nostram quaestionem gravissima, atque ibidem etiam de Thracio Bacchi cultu optime disseruit. Muellerum respexisse nondum videtur.

Contra Muelleri vestigia pressit O. Abel,[6]) qui barbaros illos Thraces (quos Thynos appellat) post Homeri demum aetatem in Thraciam tum a Pelasgicis Thracibus obsessam irrupisse coniecit una cum Cimmeriis Treribusque, quos in Asiam invasisse accepimus. Horum reliquias Asiaticos illos Thraces esse, Thynos Bithynosque. Quorum prius illud vetere testimonio nullo probari ipse fatetur et quae affert indicia minime certa sunt; alterum nuper ab E. Meyero[7]) denuo probatum est.

---

zu verschiedenen Zeiten herrschenden Ansichten zu entwerfen". — [4]) C. O. Mueller, Orchomenos und die Minyer 1820, p. 379—91 — Dorier 1824 I p. 9—10 — Ueber die Wohnsitze, die Abstammung und die ältere Geschichte des Makedonischen Volkes 1825 p. 34 sqq. — Geschichte der griechischen Literatur 1841 I p. 43—7. — [5]) Ch. A. Lobeck, Aglaophamus sive de theologiae mysticae Graecorum causis 1829 (I p. 289—98, II p. 1014 sqq.) — [6]) Otto Abel, Makedonien vor König Philipp 1847 p. 67—84; cf. et ea, quae antea de Macedonici regni originibus disputantur (in Phrygibus atque Paeonibus non moror). — [7]) Ed. Meyer, Geschichte des Altertums 1884

De Thracibus solis egit B. Giseke,[8]) cuius e sententia gentes Pelasgis proprinquae Graeciam habitantibus Thraciam quondam tenuerunt. At Paeones id est Teucri et Mysi irrumpentes et optimam ubique terram occupantes veteres illos Thraces partim in arduos montes reppulerunt, partim omnino eiecerunt, ut dissipati iam per Graeciam vagarentur et inde turbatis omnibus rebus in Asiam traicerent. Sic Paeonum invasio etiam Minyarum Cadmeorum Abantum Dryopumque ac Boeotorum et denique Dorum migrationis prima quodammodo causa atque origo fuit. — Cum igitur vir doctus veteres Thraciae incolas (Muelleri et Abelii exempla secutus) cum Pelasgis confundat, de Pelasgis autem Aeschyli illud[9])

τοῦ γηγενοῦς γάρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος
Ἶνις Πελασγὸς κτἑ

ex accuratissima rerum vetustarum scientia fluxisse censeat, Abelii acutam illam de Bithynorum invasione cum Cimmeria coniungenda coniecturam reicit.

Jam vero audacius multo Al. Riese[10]) exceptis nonnullis incursionibus Thraces in Graecia fuisse omnino negat. Negat quoque Orpheum ceterosque illos vates fabulosos Thraciam originem habuisse ante Onomacritum, qui Orpheum cum Zagreo coniunxisset et insuper propter huius cum Thracio Baccho similitudinem, Thracia civitate donavisset. Scriptores autem, qui Thraces in Graecia diu habitantes fingerent, velut Thucydidem Aristotelem Ephorum Strabonem et poëtas tragicos Sophoclem Euripidemque partim miris ac prope ridiculis erroribus delusos esse, partim ab Orphicis pendere; plurimum etiam valuisse Pierum, quae Graeca gens esset, cum Thracibus confusionem.

At fuerunt etiam ante hunc viri docti, qui tota illa argumenta, quibus Muellerus confisus duplices fuisse Thraces statuerat, reicerent. Ac primus quidem, quantum ego scio, A. de Gutschmid[11]) breviter et ὡς ἐν παρόδῳ, sed haud le-

---

p. 544 § 452 n. — [8]) Bernh. Giseke, thrakisch-pelasgische Stämme der Balkanhalbinsel 1856. — [9]) Aesch. Suppl. 250—9 (Giseke l. l. p. 25) Ceterum de Pelasgis cf. S. Bruck, Quae veteres de Pelasgis tradiderint diss. inaug. Vratisl. 1884 (imprimis p. 12 sqq.) — [10]) Al. Riese, Orpheus und die mythischen Thraker Fl. jhb. 1877 p. 224—240. — [11]) A. d. Gut-

vibus argumentis demonstravit diversas eiusdem nominis gentes fingere cum omnino criticorum ultimum esset refugium et dum fieri posset spernendum, hoc loco ne necessariam quidem fingendi causam proferri posse; Thraces enim posteriore quoque aetate ea ipsa arte, quam Graecos docuisse traderentur, musica scilicet, viguisse; et quos fabulae Graecae depingerent Thraces, eae praesertim, quae ad Bacchum Orpheumque spectarent, eiusdem qua postea fuissent saevitiae ac feritatis satis multa testimonia praebere. Porro etiam a barbaris Thracibus Graecos aliquantum discere potuisse vel Phoenicum exemplo comprobari. Putat florentes olim Thraces externis incursionibus Phrygum maxime et a septentrione Scytharum[12]) oppressos esse, eamque causam fuisse, quod postea iam omnino degenerati essent atque efferati.[13])

Huius gravissimam sententiam secutus est C. Wachsmuth,[14]) qui et ipse in Boeotia et Attica Thraces fuisse et eos quidem genuinos diserte affirmat, et W. Helbig,[15]) qui ne apud Homerum quidem Thraces omnis cultus atque humanitatis expertes esse optime demonstrat.

Denique U. de Wilamowitz-Moellendorff[16]) Muelleri sententiam, quamvis non integram, recepit. Et quamquam potius quo fere modo universa de Thracibus quaestio ipsi solvenda videretur, adumbravit, quam totum locum accuratius tractavit —

---

schmid in recensione libri a Deimlingio scripti „Die Leleger“ Fl. jhb. 1864 p. 668/9 cf. p. 665, 667. Aurea huius sunt verba: „Die Annahme von Homonymieen ist eine Ausflucht der Verzweiflung; durch sie wird nicht etwa der Willkür Thür und Thor geöffnet, sondern die ganze weitere Untersuchung ist vielmehr nur eine grosse Willkür. Eine solche Bankrotterklärung sollte in ethnographischen Untersuchungen genau ebenso verpönt sein, wie etwa in der Textkritik die Einschiebung von *οὐ* oder non. — [12]) Addi potest, id quod certe gravissimum fuit: et increscente Macedonici regni potentia. — [13]) Quae in re, ut etiam post eum W. Helbig fecit, cum Hiberniae nostrae incolis, quales nunc sint et quales mediae aetatis initio fuerint, Thraces comparat. [14]) Curtius Wachsmuth, Die Stadt Athen im Alterthum I, 1874 (sed de Thracibus in Museo (Athenis) fictis cf. U. d. Wilamowitz, Hermes IX p. 324 n. 1 et G. Gilbert, Handbuch der griech. Staatsalterth. I, p. 105, n. 3). — [15]) W. Helbig, Das homer. Epos aus den Denkmälern erläutert. 1884 p. 4—10. — [16]) U. de Wilamowitz-Moellendorff, Aus Kydathen 1881 p. 129/31.

aliud enim libro suo propositum habuit — singula tamen multa, quae huc pertinent, ingeniose disputata apud eum inveniuntur.

Contra A. Rapp,[17]) cum Bacchi orgia a Thracibus et Phrygibus ad Graecos venisse accuratius demonstrasset et de ipsius cultus caerimoniis multa bene observasset, unum modo Thracum populum finxit, eundemque Graecis cognatum (nec tamen multo arctius quam alias Indogermanicae quae vocatur stirpis gentes); A. Riesei vero sententiam, Thraces in Graecia nunquam consedisse, refutavit. —

Ceterum omnes, qui vel hoc saeculo argumentum attigerunt hic enumerare neque possum, neque, si possem, operae pretium esset; iam ex his enim variae virorum doctorum sententiae quae fuerint satis perspici possunt quaeque in unam alteramve partem gravissimae latae sint; hoc satis erit; neque enim de nominibus, sed de rebus ipsis agitur.

A. DE AQUILONE ET ORITHYIA.

In tragoediis Atticis, quae ad cognoscendas Graecorum de Thracibus fabulas plurimum nobis afferunt, duorum heroum, qui iusti ibi apparent et genuini Thraces, Eumolpi et Phinei, alter originem suam ducit a Chione Aquilonis et Orithyiae filia, alter uxorem habet Cleopatram Chiones sororem. De quibus, antequam ad propositum venerim, nonnulla praefari mihi liceat. Nempe mirum videtur, quod Phineus et Eumolpus, quibus nihil ceteroquin videmus commune fuisse praeterquam quod pro Thracibus essent habiti, cum muliere Attica, Erechthei scilicet filia, ita sunt coniuncti. Ac de fabula quidem tota ante quintum saeculum nihil accepimus. Neque enim Orithyia ea quae in Iliade inter Nerei filias recensetur[18]) quidquam est nisi vanum nomen, neque figuram anguipedem in Cypseli cista secundum Pausaniam fictam[19]) Aquilonem esse ullo modo posse,

---

[17]) Ad. Rapp, Die Beziehungen des Dionysoskultes zu Thrakien und Kleinasien progr. gymnas. Carol. Stuttg. 1882. — [18]) Hom. Σ 48. — [19]) Paus. V, 19, 1 *Βορέας ἐστὶν ἡρπακὼς Ὠρείθυιαν,*

sed pro Typhone habendam C. Robert v. d. me docuit, neque in pictis vasis ante quintum saeculum Orithyiae raptum occurrere. Unde concludere non audeo ante hoc tempus fabulam ortam non esse — scio enim, quantam habeant suspicionem argumenta a silentio ducta apud criticos — at illud tamen consequi videtur nobilitatam esse tum demum, postquam Athenienses auxilii ante navalem apud Artemisium pugnam contra Persas lati gratias referentes ex (Delphici) dei responso templum Aquiloni dedicaverunt.[20]) Certe inde ab hoc tempore Orithyia Erechthei filia ab omnibus appellatur. Praeclarum vero illud facinus celebrasse videntur quos et aliunde Persica bella, ac maxime Atheniensium laudes, extulisse constat: Choerilum[21]) et Simonidem in pugna navali;[22]) alter cecinit, quo modo Aquilo ex Attica eam in Thraciam abduxisset, ubi Zeten Calaïnque ex ea genuisset. Ac tragoediam quidem Orithyiae nomine primus Aeschylus fecisse videtur,[23]) quamquam de hac parum constat; neque ex Sophoclis Orithyia quidquam superest nisi unum de virginis raptu fragmentum.[24]) Sed idem in Antigone Aquilonis et Orithyiae filiam Cleopatram Phinei uxorem ita significat, ut dubitatio nulla relicta videatur.[25]) — Ac filios quidem Aquilonis inter Argonautas recenset Pinda-

---

οὐραὶ δὲ ὄφεων ἀντὶ ποδῶν εἰσιν αὐτῷ. — [20]) Hdt. VII, 189 *λέγεται δὲ λόγος, ὡς Ἀθηναῖοι τὸν Βορέην ἐκ θεοπροπίου ἐπεκαλέσαντο, ἐλθόντος σφι ἄλλου χρηστηρίου τὸν γαμβρὸν ἐπίκουρον καλέσασθαι. Βορέης δὲ κατὰ τὸν Ἑλλήνων λόγον* [hoc certe ad poëtas pertinet infra laudandos] *ἔχει γυναῖκα Ἀττικὴν, Ὠρείθυιαν τὴν Ἐρεχθέος . . . . . οἱ δ' ὦν Ἀθηναῖοί σφι λέγουσι βωθήσαντα τὸν Βορέην πρότερον* [scilicet *περὶ Ἄθω*] *καὶ τότε ἐκεῖνα κατεργάσασθαι, καὶ ἱρὸν ἀπελθόντες Βορέω ἱδρύσαντο παρὰ ποταμὸν Ἰλισσόν.* — Forsitan ex oraculo sequitur fuisse Aquilonem iam antea Atheniensium affinem, i. e. Erechthei filiae coniugem. Sed notandum eodem fere tempore ipsos Delphos ex oraculo intra Thyiae templum aram ventis condidisse, ubi ad Herodoti usque tempora [Hdt. VII, 178] sacra fiebant. — [21]) Choerilus ap. schol. L. Ap. Rh. I, 211: *Χοιρίλος δὲ ἁρπασθῆναί φησιν αὐτὴν ἄνθεα ἀμέργουσαν ὑπὸ τὰς τοῦ Κηφισοῦ πηγάς.* — [22]) Simonides ibid.: *ἡ δὲ Ὠρείθυια Ἐρεχθέως θυγάτηρ, ἣν ἐξ Ἀττικῆς ἁρπάσας ὁ Βορέας ἤγαγεν εἰς Θρᾴκην, κἀκεῖσε συνελθὼν ἔτεκε Ζήτην καὶ Κάλαϊν, ὡς Σιμωνίδης ἐν τῇ ναυμαχίᾳ.* — [23]) Nauck T. G. F. ad Aesch. fr. 275 p. 70. — [24]) Ibid. Soph. fr. 658 p. 230. — [25]) Soph. Ant. 981—6, cf. 966—76 plura v. infra p. 61. 65. — [26]) Pind. Pyth. IV, 319—26: *ταχέες | δ' ἀμφὶ Παγγαίου θεμέθλοις*

rus Zeten et Calaïn,[26]) quos Simonides[27]) Aquilonis et Orithyiae fuisse dixerat; filiamque alteram Chionen, Eumolpi a Neptuno matrem, in Euripidis Erechtheo invenimus.[28])

Athenis vero raptam esse Orithyiam inter omnes constat; Acusilaus (quicumque fuit ille)[29]) in Minervae Poliadis pompa incedentem narravit, contra Choerilus flores apud Cephisi fontes carpentem, cum Simonides a Brilesso abductam,[29a]) Apollonius Rhodius e choreis apud Ilisum ductis, scilicet e templi sui regione, ereptam fecisset.[29b]) Raptamque Aquilo per aëra in Thraciae oram quasi in regiam suam duxit, ubi Sarpedonium promunturium ex alto navigantibus e longinquo conspicitur. Hoc Pherecydes[30]) Simonides Apollonius[31]) nominant atque etiam Sophoclis antra illa longo spatio (a Salmydesso) remota arduumque saxum, ubi Cleopatra fuerit educata[32]) significare videntur; Pindarum[33]) contra de Pangaeo cogitasse ut Aquilonis domicilio versus supra laudati ostendunt.

Rei igitur testimonia cum ex diversis sane fontibus colligenda sint, illud certe constat quinto ante Christum natum saeculo fabulam de Orithyiae raptu notissimam fuisse et ab optimo quoque poëta celebratam, cum de re tam volgata nihil antea certi audiamus. Simul constat Atticam fuisse virginem Erechthei regis filiam et in Thraciae montem Sarpedonium abductam; liberosque eius aut ipsos aut eos quibuscum coniungerentur, Thraces fictos esse a poëtis: Eumolpus Chiones filius Thracum rex in Euripidis Erechtheo, Cleopatra Phinei Thracii

---

ναιετάοντες ἔβαν· | καὶ γὰρ ἐχὼν θυμῷ γελανεῖ θᾶσσον ἔντυεν βασιλεὺς ἀνέμων | Ζήταν Κάλαΐν τε πατὴρ Βορέας . . . — 27) Simon. v. n. 22. — 28) v. p. 17. — 29) Acus. fr. 23 ap. schol. Hom. 533; qui etiam filios Zeten et Calaïn Argonautas nominat. — 29a) *Τὴν δὲ Ὠρείθυιαν Σιμωνίδης ἀπὸ Βριλησσοῦ φησιν ἁρπαγεῖσαν ἐπὶ τὴν Σαρπηδονίαν πέτραν τῆς Θράκης ἐνεχθῆναι.* Schol. L. Ap. Rh. I, 211. — 29b) Cf. Plat. Phaedr. p. 229 b c *οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι*; qui etiam aram Aquilonis prope Agram (Agras) commemorat. — 30) Pherec. fr. 104 ap. schol. Ap. l. l. *περὶ δὲ τῆς Θρᾳκίας Σαρπηδονίας πέτρας, ὅτι πρὸς τῷ Αἵμῳ ὄρει ἐστὶν, Φερεκύδης φησὶ περὶ τῆς ἁρπαγῆς ἱστορῶν τῆς Ὠρειθυίας.* — 31) Ap. Rh. I 216/7 *καί μιν ἄγων ἕκαθεν Σαρπηδονίην ὅθι πέτρην | κλείουσιν, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Ἐργίνοιο.* | 32) Soph. v. n. 22. — 33) Pind. v. n. 23. —

regis uxor, tandem Zetes et Calais Aquilonis filii e Thracia flantis Thraces optimo sunt iure.[34])

Jam vero patet Phineum, cuius sedem Bosporo adiacentem novimus, et Eumolpum Eleusinium, antequam Eleusiniis ulla cum Atheniensibus ratio intercederet, in fabulis non-mere Atticis ab Athenarum regis filia originem ducere aut generum eius fieri nullo modo potuisse. Liceat mihi, quae infra accuratius erunt dicenda, quatenus nullam dubitationem fore spero, praesumpsisse. Quare efficitur aut fabulas illas de Phineo et de Eumolpo Athenis natas, id quod nemo facile concedat, aut coniunctos ambos cum regiā Atheniensium domo, sive ab Atheniensibus poëtis, sive a poëta Athenarum rationem habente. Cum vero viderimus Aeschylum Sophoclemque tragicos et Pherecydem historicum Atticos cives[35]) et Simonidem Choerilumque poëtas Persarum bella canentes et Atheniensium virtutis egregios praedicatores primos quantum in tanta eorum operum ruina cernimus, alium alius huius fabulae partis memoriam fecisse, et fanum illud in Aquilonis honorem exstructum cum Atheniensium navalibus laudibus arctissime cohaerere, facere non possum quin omnia haec uno aliquo nexu coniungam illisque temporibus fabulam si non ortam, at certe excultam atque in maius auctam iudicem. Tum demum omnes illos, quos dixi, Eumolpum maxime et Phineum cum Aquilone et Orithyia esse coniunctos puto. At, quem ad finem vel cui bono, quaerat quispiam. Puto, quo et Thraciam originem iam prae se ferrent — fuit enim iamdiu Aquilo Thrax — et nihilo minus tamen cum ipsis quoque Atheniensibus (Aeschyli et Sophoclis tragoediarum spectatoribus) coniuncti quodammodo viderentur. Ceterum nihil mirum ut apud Graecos; iam enim ex Hesiodi catalogis omnes quos cognovissent populos cum Graecis aliquo cognationis aut affinitatis gradu coniunctos scimus.

Sed aliquid in hac re conicio et veteres valuisse poëtas.

---

[34]) Quin Herodorus (ap. schol. Ap. Rh. l. l.) e Daulide scilicet secundum Thuc. II 29 a Thracibus olim occupata, eos ortos esse dicit, cum Hecataeus Abderita (eiusque, ut videtur, exemplum secuti Duris et Phanodicus) Hyperboreos faciat ibid. et apud Diod. II, 47. (de Hecataei Hyperboreis cf. E. Rohde, griech. Roman p. 210 sqq. — [35]) Fuit

Aquilonem et Zephyrum e Thracia prorumpentes eoque, postquam satis flaverunt, redeuntes Homerus in Iliade dicit[36]) Thraciumque appellat Aquilonem etiam Hesiodus in pulcherrima illa hiemis descriptione.[37]) Cuius similis etiam Graecos adiuverat magna Persarum classi strage illata, et ea e Thracia erumpens et apud Athonem montem et postea apud Artemisium.

Quinti igitur saeculi poëtae nihil novi invenerunt, sed opinionem veterem et ea aetate volgarem in suum usum converterunt, cum, quorum Thraciam originem significare vellent, eos cum Aquilone (et Orithyia) coniungerent. Antea vero et in fabulis non Atticis (aut quo accuratius dicam Atheniensibus) hanc originem vel cognationem genuinam fuisse atque omnino fuisse nego. Quod si probavi, quae deinceps tractandae sint, fabulas eo facilius expediendas fore spero.

B. DE EUMOLPO TEREO PHINEO.

I. DE EUMOLPO THRACIBUSQUE ELEUSINIIS.

Quae de Thracibus in Attica olim habitantibus tradita sunt, ita omnia sunt coniuncta cum Eumolpi persona, ut, si de illis quid certi eruere velis, ad Eumolpum statim accedendum sit. Et quia Eumolpum non semper idem valuisse apud veteres facile erat ad cognoscendum, sed diversis temporibus ac vel eiusdem aetatis hominibus plane diversa eius imago animis informata est, disputationis nostrae summa in eo versari oportet, quae horum omnium genuina sint, sive quid Eumolpus proprie significaverit, quae postea demum et quibusnam de causis illata sint; tum demum intellegi poterit, utrum integer Eumolpus, an si minus aliqua tamen ex parte ad Thraces referendus sit.

---

enim et Pherecydes, Leri natus, civis Atheniensis. — [36]) Hom. *I* 5 *Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρήκηθεν ἄητον.* cf. *Ψ* 195 sqq. 230 ubi Thracia vel omnium ventorum patria fingitur. — [37]) Hes. Dies 506 sq. 553 *Θρηΐκιος*

1.

Prima vero Eumolpi mentio fit in Homeri illo qui vocatur in Cererem hymno, eodem et ceteroquin rerum Eleusiniarum antiquissimo fonte. Cuius testimonia semper pro gravissimis habenda esse non est quod dicam; neque vero neglegendum est et, quando ortus sit, et, quae potissimum pro tota eius ratione poëtae dicenda, quae ut ad propositum leviora aut praetermittenda aut adumbranda modo fuerint. Jam vero de tempore illud nunc inter viros doctos propemodum constat factum esse hymnum antequam Eleusinii Atheniensibus fuissent subditi — fuisse enim Eleusinios olim *αὐτονόμους* (sui iuris) praeter fabulas de Eumolpi bello vestigia multa et alia probant.[38]) Parere Eleusinii ibi dicuntur suis regibus quattuor (vel sex?) — neque omnino mentio fit Atheniensium. Quodsi qui Erechthei bellum cum Eumolpo gestum inferre conati sunt, potius totus ille locus, quem hoc modo sanare studuerunt, ineptus videtur atque omnino eiciendus. Qua de re infra agemus. Totus vero hymni tenor et auctorem Eleusinium coarguit et tempus bellum illud antecedens.[39]) Hoc vero ipsum quando gestum sit, accuratius definiri non potest. Certum tamen est gestum ante Solonis cum Megarensibus bellum et aliis rationibus et ex prorsus diverso modo, quo utrumque est traditum: Megaricum bellum quamvis incerta etiamtum historiae luce collustratum, Eleusinium totum fabulis obtectum est. Nec tamen nimis longum spatium his bellis interiectum fuisse veri simile est: Eleusis capta Athenienses Megarensium finitimos reddidit, et — sunt enim vestigia arctioris cuiusdam Megarensium cum Eleusiniis coniunctionis[40]) — facile vel ipsius belli causa aut origo fuerit. Sit igitur bellatum medio

---

Βορέης. — [38]) Quae — plus minus certa — diligenter collegit B. Giseke, thrakisch-pelasgische Stämme etc. p. 43/5 — cf. ad totum locum U. d. Wilamowitz-Moellendorff, Aus Kydathen p. 124. — [39]) U. d. Wilamowitz l. l. p. 125 „Hier ein künstliches Zurückschrauben der Erzählung in verschollene Zeiten und überwundene Verhältnisse anzunehmen, ist nichts als eine Verlegenheitsausrede, mit der es sich nicht verlohnt zu rechnen."
[40]) Velut Diocles! v. infra. — [41]) Paus. I, 38. 2. 3. — [42]) U.d. Wilamowitz

fere septimo saeculo ante Christum natum vel paullo post, et vixerit hymni poëta eodem fere saeculo ineunte. Ceterum nostrum hymni textum non semper exstare genuinum veri simile est vel ex variis lectionibus et gravioribus nonnullis discrepantiis, quas Pausanias praebet.[41]) Ut vero hic auctor ex Attica hymni recensione hausit,[42]) ita etiam versus illi de Demophonte, quos noster codex exhibet, Attico interpolatori deberi videntur.

Deinde summa totius carminis est spectanda. Quam optime monuit R. Foerster[43]) in eo cerni, ut Cereris templi Eleusine conditi et mysteriorum eius quasi *ἱερὸς λόγος* enarraretur. In hoc igitur templo diu morari poëtam; neque agriculturae, ut postea semper, dono (quippe iam pridem notae, cf. v. 305 sqq.) deam gratias referre Eleusiniis, sed mysteriorum institutione. Deae igitur persona semper est prima eiusque adventus in Celei regiam, Demophontis educatio et quae sequuntur, et omnia ea, quae sacris illis *δρωμένοις* in mysteriis ipsis celebrandis continebantur; — cetera modo attingenda erant, quatenus evitari non poterant.[44])

Haec praemonuisse satis erit ad intellegenda ea, quae iam dicenda sunt. Commemorantur enim in hymno Eleusiniorum reges; v. 474/5 quattuor: Triptolemus Diocles, Eumolpus Celeus, quibus Ceres mysteria tradidisse dicitur (v. 477 Polyxenus inepte illatus est cum repetita Triptolemi et Dioclis mentione)[45]) cum v. 153/5 sex nominentur addito Polyxeno et Dolicho, quos quamquam praetermissos certe non desideraremus[46]), tamen probabilem interpolationis causam afferre non

l. l. p. 125 n. 44 — (cf. Baumeisterum in commentario ad hymnos Homericos 1860 p. 274. — [43]) Richard Foerster, Der Raub und die Rückkehr der Persephone in ihrer Bedeutung für die Mythologie, Literatur- und Kunstgeschichte. Stuttgart 1874 p. 33. — [44]) Commemoro ex virorum doctorum sententia etiam sermonis quasdam proprietates tempus Solone prius coarguere; v. Foerster l. l. p. 38/9; cf. de *'Αττικισμοῖς* p. 33. Ceterum res in liquido esse nondum videtur. — [45]) v. 473/6 *ἡ δὲ κιοῦσα θεμιστοπόλοις βασιλεῦσι | δεῖξε, Τριπτολέμῳ τε Διοκλεῖ τε πληξίππῳ | Εὐμόλπου τε βίῃ Κελεῷ θ' ἡγήτορι λαῶν | δρησμοσύνην θ' ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσιν.* 477 [*Τριπτολέμῳ τε, Πολυξείνῳ τ' ἐπὶ τοῖς δὲ Διοκλεῖ*]. — [46]) v. 153/5 *ἠμὲν Τριπτολέμου πυκιμήδεος ἠδὲ Διόκλου | ἠδὲ Πολυξείνου καὶ ἀμύμονος Εὐμόλποιο |*

possum. Contra quattuor illorum Eumolpi Triptolemi Celei nomina et fabulae notissima sunt ex quinti et insequentium saeculorum auctoribus; neque Diocles obscurus: est enim a Megarico heroë vix divellendus.[47]) Qui quidem si soli sunt genuini, possunt sane ex acuta Alfredi de Gutschmid[48]) coniectura ad quattuor Ioniarum phylarum, quae dicuntur, *φυλοβασιλέας* referri. Summum vero est, quod iam in hoc hymno cum Cereris cultu reges coniunguntur, id quod suspicionem movet non solum Celeum, de quo non facile ambigatur, sed etiam collegas eius in sacris illius aetatis fabulis plus quam hic diserte traditur valuisse et suas quemque partes in deae cultu egisse. Aut, ut statim dicam, quid sentiam: iam illis temporibus, ante bellum cum Atheniensibus gestum, non solum Celeum, sed etiam Eumolpum et Triptolemum[49]) (Diocles enim in Eleusiniis fabulis intercidit) exceptis iis, quae postea addita esse manifestum est, tota indole et vi haud alios fuisse quam vel quinto et quarto saeculo fuissent. Namque et ipsius deae cultus, quocum cohaerent, sub Atheniensium dominatione quamquam auctus et ad summam gloriam atque auctoritatem elatus, non tamen omnino commutatus est. Quare si quid apud posteros auctores invenietur de Eumolpo priscum et genuinum colorem prae se ferens, ad illustrandam veteris Eumolpi personam et

---

καὶ Δολίχου καὶ πατρὸς ἀγήνορος ἡμετέροιο [= *Κελεοῦ*]. — Sunt autem Pol. et Dol. ceteris collatis, *ἀμένηνα κάρηνα*; de Polyxeno nihil aliunde constat, nisi de Medeae filio cogitare velis ab Hellanico (ap. Paus. II, 3, 7) commemorato [qui tamen Atticam interpolationem probaret; est enim Medea Athenis culta, non Eleusine]; cum Dolichus Triptolemi filius, quem St. B. s. v. *Δουλίχιον* et Eust. Hom. B 625 Dulichii insulae *ἐπώνυμον* faciunt, a nescio quo auctore ex hymni loco fictus videatur [cf. etiam Lobeck, Agl. p. 212]. — 47) Cf. Baumeister ad h. l. U. d. Wilamowitz, Hermes IX, p. 320 n. 1. Plut. Thes. 10 *οἱ δὲ Μεγαρόθεν συγγραφεῖς . . . φασιν . . Θησέα οὐχ ὅτε τὸ πρῶτον ἐβάδιζεν εἰς Ἀθήνας, ἀλλ᾽ ὕστερον Ἐλευσῖνά τε λαβεῖν Μεγαρέων ἐχόντων* [cf. n. 37] *παρακρουσάμενον Διοκλέα τὸν ἄρχοντα κτέ.* De cultu Dioclis a Megarensibus instituto ludisque Diocleis v. Theocr. II, 29 cum scholiis, E. Hiller ad h. l. in tertia commentarii Fritzschiani editione. — 48) Quam in scholis publicis viri doctissimi audire mihi contigit. — 49) Neque nominis etymologia Lehrsiana me terret (cf. U. de Wilamowitz, Aus Kydathen p. 132 n. 51), quae nihil aliud probaret

anquirendam primariam eius vim et indolem adhibere non dubitabo.

Restat ut dicam primo neque Eumolpum in hymno nostro Thracem dici neque ullum Thracium vestigium in eo inveniri; deinde non esse hinc belli Eleusinii testimonium petendum. Turbant enim, ut alii iam viderunt, versus 265-7 sententiarum nexum sive cum codice Moscoviensi legimus

ὥρῃσιν δ' ἄρα τοῦγε, περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
παῖδες Ἐλευσινίων πόλεμον καὶ φύλοπιν αἰνὴν
αἰὲν ἐν ἀλλήλοισι συνάξους' ἤματα πάντα

sive cum Matthia et Baumeistero Ἀθηναίοισι. Postquam enim anus, cuius verum nomen ab hominibus eis, apud quos loquitur, ad id tempus ignoratur, de Demophonte dixit

τιμὴ δ' ἄφθιτος αἰὲν ἐπέσσεται, οὕνεκα γουνῶν
ἡμετέρων ἐπέβη καὶ ἐν ἀγκοίνῃσιν ἴαυσεν

statim aperiendum ei fuit, quae tandem esset, ut talem rem praestare posset. Sic optime omnia conveniunt, si eiectis illis statim sequuntur versus 268 sq.

εἰμὶ δὲ Δημήτηρ τιμάοχος, ἥτε μέγιστον
ἀθανάτοις θνητοῖσί τ' ὄναρ καὶ χάρμα τέτυκται.

2.

Ante quintum saeculum praeter illud hymni nulla testimonia habemus de rerum Eleusiniarum statu. Interim omnia commutata, Eleusis cum ceteris quae fuerant Atticae oppidis et vicis uni Athenarum urbi subiecta,[50]) ipsae autem Athenae ad summum potentiae fastigium evectae erant. Quae cum ita essent, veteres de Eleusiniis heroibus fabulas multifariam immutari necesse fuit. Tum non tam antiquae Eleusiniorum res quam bellum, quod cum Atheniensibus gesserant, satis illud

nisi sacerdotem a rege tum nondum fuisse diversum. — [50]) Quamquam enim Eleusis pristinae libertatis vestigia nonnulla retinuit et maxime deorum cultus ab Atheniensibus vel ipsorum urbe receptus est (cf. U. d. Wilamowitz, Aus Kydathen p. 126 sqq.) tamen fuit, ut ceteri vici, qui antea oppida fuerant, Atheniensium rei publicae pars (Dittenberger, Hermes XX, p. 9 contra E. Curtium, Athen und Eleusis, or. acad. 1884, p. 7 sqq.). —

cruentum, ut videtur, et quae secuta, pax et novus rerum ordo omnium animos tenuerunt priorum iam incuriosos.

Apud Athenienses igitur bellum Eleusinium tunc temporis maxime est celebratum. Cuius rei nobilissimum fuit monimentum Erechtheus Euripideus — utinam plura ex hac tragoedia aetatem tulissent! — sed quia tragicos semper plus minus in fabulis novasse scimus, duo paullo antiquiora artis monimenta, quae ad illud certamen pertinent, libenter accipienda sunt: statuae scilicet Erechthei et Eumolpi inter se pugnantium a Myrone[51]) confectae, et anaglypha Thesei[52]) quod vocatur templi.

Iam igitur de Euripidis Erechtheo[53]) erit disputandum, quae fabula apud posteros mirum quantum valuit, ut vix quemquam eam ignorasse, immo, quicumque belli Eleusinii meminisset, ab ea pendere eamque totam sequi manifestum esset. Neque vero post Welckeri egregiam disputationem[54]) quamquam nonnunquam errasse aut audacius paullo divinasse virum summum et hic et alias confitendum est, quaestionem ab integro retractare in animo mihi est; quae ad propositum nostrum pertinent, ea premere satis erit.

Acta esse fabula videtur paullo ante Niciae pacem (a. 421 a Chr. n.) cum omnes diutinum bellum fastidirent, pacem requirerent.[55]) Restituenda est ex fragmentis, porro ex posteriorum commemorationibus oratorum maxime et eorum qui hos imitantur, denique e mythographis, quos data opera fabulae argumentum enarrare apparet. Quod se exhibuisse profitetur Lycurgus orator;[56]) expressisse etiam Apollodori[57]) (qui-

[51]) Ex Wilamowitzii (l. l. p. 126) sententia, quam dubitatione haud esse immunem scio. — [52]) De his, quia archaeologiae, id quod valde doleo, adhuc prope imperitus sum, iudicium ferre non audeo; plura vide apud Lollingium Gött. Nachr. 1874 p. 17 sqq. cuius mihi sententia nota est ex Loeschckii dissertatione: Die Enneakrunosepisode bei Pausanias progr. Dorpat 1883 p. 22. — [53]) Fragmenta collegit A. Nauck T. G. F. p. 369—78 (1856) = Euripides perditarum tragoediarum fragmenta (1869) p. 87—96. — [54]) F. G. Welcker, Die griechischen Tragödien etc. 1839 II p. 717—25. — [55]) Fr. 370 (rem paullo aliter intellego ac Meinekius apud Nauck T. G. F. p. 369). — [56]) Lyc. in Leocr. 98 qui a fine narrationis addit „*διὸ καὶ δικαίως ἄν τις Εὐριπίδην ἐπαινέσειεν, ὅτι τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι.* De hac

cunque fuit ille Apollodorus) in bibliotheca narrationem ex fr. 351 et aliis indiciis veri simillimum est.

Ac primo loco videamus, quis fuerit Euripideus Eumolpus, et quo modo Eleusinem venerit bellatum cum Atheniensibus. Fuit autem ut ait Lycurgus (ex Euripide), Neptuni et Chiones filius, qui cum Thracibus in Atticam invasit ut iure sibi debitam.[58]) Chione autem Aquilonis et Orithyiae filia dicitur et ab Apollodoro et a Pausania;[59]) nomen ‚niveae' vel ipsum per se idoneos esse parentes coarguit; nec dubito hoc quoque ad Euripidem referre.[60]) Iam vero Lobeckius,[61]) quia cum fragmento 351:

Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσ' ἐπὶ χθόνα (mss. *ἐξέσωσας*)

optime conveniunt, ex Euripide fluxisse docuit Apollodori illa de Eumolpi partu:[62]) Chionen a Neptuno concepisse Eumolpum, quem partum pudore permota clam in mare coniecisset.[63]) Unde sublatum eum in Aethiopiam Benthesicymae tradidisse Neptunum suae ex Amphitrite filiae. Sed quo modo ex Aethiopum fabulosa terra[64]) ad Thraces, quorum certe dux est, venientem

---

Apollodori narratione nuperrime egit Max. Wellmann, De Istro Callimachio diss. inaug. Gryphisw. 1886 p. 52—54; qui et hanc et alias fabulas Atticas ex Istro in Apollodori bibliothecam fluxisse censet. — [57]) Apd. III, 15, 4, 1. — [58]) Lyc. l. l.: *φασὶ γὰρ Εὔμολπον τὸν Ποσειδῶνος μετὰ Θρᾳκῶν ἐλθεῖν τῆς χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα.* — [59]) Paus. I, 38, 2 (2). Aquilonis uxorem fecit Hecataeus Abderita in sua Hyperboreorum terrae descriptione fr. 4 (F. H. G. II. 387) ap. Ael. h. an. XI, 1. Cum Chii vero heroide, cuius idem nomen produnt St. B. s. v. *Χίος*, Metrodor. et Cleobul. ap. Plin. n. h. V, 38, Eumolpi mater vix aliud quidquam nisi nomen habet commune. [60]) Certe absurdum est Erechtheum cum pronepote pugnare. Nec tamen ullo modo probandum iam Euripidem plures finxisse Eumolpos. Qua de re bene disseruit B. Giseke thr. pel. St. p. 47/9; ceterum cf. p. 25 sq. — [61]) Lobeck Agl. p. 216. — [62]) Apd. l. l. § (1) *Χιόνη δὲ Ποσειδῶνι μίγνυται. ἡ δὲ κρύφα τοῦ πατρὸς Εὔμολπον τεκοῦσα, ἵνα μὴ γένηται καταφανὲς, εἰς τὸν βυθὸν ῥίπτει τὸ παιδίον.* (2) *Ποσειδῶν δὲ ἀνελόμενος εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει, καὶ δίδωσι Βενθεσικύμῃ τρέφειν αὐτοῦ θυγατρὶ καὶ Ἀμφιτρίτης.* cf. nobilem Hieronis in vasculo illo imaginem, quae Eumolpum vatis insignibus exornatum inter Neptunum Amphitriten alios deos Eleusinios sedentem ostendit, cum Brygi patera bellatorem Eumolpum exhibeat (C. Robert, Bild und Lied p. 88). — [63]) Cf. similem narrationem (Euripideae imitationem?) de Rhesi partu [Eur.] Rhes. 926 sqq. — [64]) Qua de re vide infra. —

fecerit Euripides, quaerimus. Et hic, opinor, vix errabimus Apollodorum ducem secuti: Eumolpum dicit, cum unam Benthesicymes filiam in matrimonium duxisset, etiam alteram constuprare conatum (vel „ausum“, graece *ἐπεχείρησε*) ob idque facinus expulsum cum Ismaro filio ad Tegyrium Thracum regem venisse, qui Ismaro suam feliam dedisset.[65] Iam vero quo modo cum Eleusiniis rationem iniisset Eumolpus, quae usque ad id tempus apud eum nulla est, Euripidi dicendum fuit. Explicat hoc quoque Apollodorus: cum enim enotuisset insidias eum struere Tegyrio, fugisse eum ad Eleusinios et cum iis amicitiam conciliasse. Sed mortuo Ismaro (qui apud Thraces remansisse videtur) a Tegyrio Eumolpum esse revocatum et soluta discordia in regno ei successisse. Cum vero bellum inter Eleusinios et Athenienses exortum esset, iam Eumolpum cum magno Thracum exercitu id rogantibus auxilio venisse Eleusiniis.[66]

Haec cum aliqua verisimilitudinis specie omnia ad Euripidis fabulam referenda sunt; videntur in prologum ableganda, sive illum Erechtheus sive Neptunus susceperat.[67]

Certamen vero, quod exarsit, non solum hominum, sed quodammodo etiam deorum est; Eumolpus Neptuni patris partes gerit, Erechtheus Minervae. Id quod versus illi pulcherrimi ex Praxitheae oratione demonstrant:[68]

οὐδ᾽ ἀντ᾽ ἐλάας χρυσέας τε Γοργόνος
τρίαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις

---

[65]) Apd. l. l. (§ 3) *ὡς δὲ ἐτελειώθη ἔνδον ἐν Βενθεσικύμης, ὁ ἀνὴρ* (sic Heyne, Westermann, Müller; *Ἔνδιος ὁ Βενθεσικύμης ἀνὴρ* (?) Hercher) *τὴν ἑτέραν αὐτῷ τῶν θυγατέρων δίδωσιν.* (4) *ὁ δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν τῆς γαμηθείσης ἐπεχείρησε βιάζεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο φυγαδευθεὶς μετὰ Ἰσμάρου τοῦ παιδὸς πρὸς Τεγύριον ἧκε, Θρᾳκῶν βασιλέα, ὃς αὐτοῦ τῷ παιδὶ τὴν θυγατέρα συνῴκισεν.* — [66]) Ibid. (§ 5) *ἐπιβουλεύων δὲ ὕστερον Τεγυρίῳ καταφανὴς γίνεται, καὶ πρὸς Ἐλευσινίους φεύγει καὶ φιλίαν ποιεῖται πρὸς αὐτούς.* (6) *Αὖθις δὲ Ἰσμάρου τελευτήσαντος, μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Τεγυρίου παραγίνεται, καὶ τὴν προτοῦ μάχην διαλυσάμενος τὴν βασιλείαν παρέλαβε.* (7) *καὶ πολέμου ἐνστάντος πρὸς Ἀθηναίους τοῖς Ἐλευσινίοις, ἐπικληθεὶς ὑπὸ Ἐλευσινίων μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρᾳκῶν δυνάμεως.* — [67]) Neptuno tribuunt Lobeck Agl. p. 216 „verba Neptuni sunt“ et U. d. Wilamowitz l. l. p. 141; Welckerus Erechtheo (tuetur enim codicum lectionem: *ἐξέσωσας*). — [68]) Fr. 362, v. 46—9. —

Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεὼς
στεφάνοισι, Παλλὰς δ' οὐδαμοῦ τιμήσεται.

Atque Euripidem certe secutus Eumolpum dicit Isocrates Atticam sibi vindicasse, cum Neptunus pater ante Minervam terram possedisset.[69])

Haec ad Eumolpum maxime pertinent; sed proprium tragoediae argumentum ex Lycurgo discimus: Erechtheo Athenarum regi, cum Eumolpi ingens exercitus appropinquaret, a Delphico deo responsum fuisse victurum eum, si, antequam Athenienses cum hostibus congressi essent, filiam immolasset paruisse deo Erechtheum et hostes e patria fugasse.[70]) — Sequitur apud Lycurgum Praxitheae Erechthei uxoris oratio ad verbum servata, eadem et alias laudata, quae ingenue filiam dat pro patria immolandam. Atque et hoc Euripideum est, quod Apollodorus et Hyginus tradunt, Erechthei filias, cum coniurassent una mortua ceteras superstites non remansuras, simul cum immolata illa se interfecisse; novit enim poëta (fr. 359) *ζεῦγος τριπάρθενον* et tres virgines in Hyades commutatas commemoravit.[71])

---

[69]) Isocr. or. XII (panath.) § 193 *Θρᾷκες μὲν γὰρ μετ' Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος εἰσέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὃς ἠμφισβήτησεν Ἐρεχθεῖ τῆς πόλεως, φάσκων Ποσειδῶ πρότερον Ἀθηνᾶς καταλαβεῖν αὐτήν.* Cf. Lyc. l. l.: *τῆς χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα.* — Hyg. f. 46 „Eumolpus, Neptuni filius, Athenas venit oppugnaturus, quod patris sui terram Atticam fuisse diceret.“ — [70]) Lyc. l. l. *τυχεῖν δὲ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. μεγάλου δὲ στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰςβάλλειν εἰς τὴν χώραν, εἰς Δελφοὺς ἰὼν ἠρώτα τὸν θεόν, τί ποιῶν ἂν νίκην λάβοι παρὰ τῶν πολεμίων. χρήσαντος δ' αὐτῷ τοῦ θεοῦ, τὴν θυγατέρα εἰ θύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν τὼ στρατοπέδω κρατήσειν τῶν πολεμίων, ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος τοῦτ' ἔπραξε καὶ τοὺς ἐπιστρατευομένους ἐκ τῆς χώρας ἐξέβαλε.* — Apd. l. l. (8) *Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ ἔχρησεν ὁ θεὸς κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ.* — [71]) Apd. l. l. (9) *καὶ σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν· ἐπεποίηντο γάρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι.* — Hyg. fab. l. l. „Erechtheus, Pandionis filius, habuit filias quattuor, quae“ [excepta tamen Creusa! v. Ionis locum statim commemorandum] „inter se coniurarunt, si una earum mortem obisset, ceterae se interficerent“. — Schol. Arat. 172. *Εὐριπίδης μὲν οὖν ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας Ὑάδας φησὶ γενέσθαι*

In ipsa vero pugna Erechtheus occidit Eumolpum.[72]) Hactenus Apollodori narratio tragoediae Euripideae argumentum exprimere videtur. Restat quaestio de Erechthei morte quam qui huc proprie non iam pertinere iudicet corollarii tamen loco subicere concedat quaeso; forsitan fructus inde quamvis exiguus ad nostram rem redundabit. Proficiscendum est ab Ionis Euripidei loco (e Creusae cum Ione colloquio) vv. 277—82.

ΙΩΝ. πατὴρ Ἐρεχθεὺς σὰς ἔθυσε συγγόνους;
ΚΡ. ἔτλη πρὸ γαίας σφάγια παρθένους κτανεῖν.
ΙΩΝ. σὺ δ' ἐξεσώθης πῶς κασιγνήτων μόνη;
ΚΡ. βρέφος νεογνὸν μητρὸς ἦν ἐν ἀγκάλαις.
ΙΩΝ. πατέρα δ' ἀληθῶς χάσμα σὸν κρύπτει χθονός;
ΚΡ. πληγαὶ τριαίνης ποντίου σφ' ἀπώλεσαν.

Apparet prorsus eandem respici fabulam, quam ex Erechtheo novimus, neque ei, quod Erechtheus Ionis loco tres virgines immolasse dicitur, ibi ad unius exemplum ceteras sua manu mortuas, nimium est tribuendum.[73]) Videtur certe et hic periculum ab Eumolpo imminens causa sacrificii fuisse. Sed Erechtheus dicitur tridente interfectus terra occultus esse, nempe a Neptuno; cui enim alio tridens posset tribui? Et qua de causa? At explicant rem Hyginus (et Apollodorus), quos iam pridem a tragoedia pendere vidimus: Eumolpum filium in eo, qui occiderat, sive ipse, sive per Iovem ulciscitur.[74]) Haec num genuina fabulae forma fuerit, dubium,

---

τρεῖς οὖσας. — Respicit hanc fabulam et suspectus ille Demaratus, cuius tamen fontem Euripideae fabulae argumentum esse certum est: Demaratus tragod. (F. H. G. IV, 379) = Cl. Alex. protr. III, 12: Ἐρεχθεὺς δὲ ὁ Ἀττικὸς (καὶ Μάριος ὁ Ῥωμαῖος) τὰς αὐτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας, ὧν ὁ μὲν τῇ Φερρεφάττῃ, ὡς Δ. ἐν ε̄ τραγῳδουμένων. — [72]) Credo uni Apollodoro: (10) γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν τῆς μάχης, Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον. — Wellmann l. l. p. 54: „Eumolpum ab Erechtheo [?] in Euripidis fabula interfectum esse sequitur ex frg. 355 „οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν." Hyg. „cum esset (Eumolpus) ab Atheniensibus interfectus." Aliter Pausanias v. infra. — [73]) Cf. Wellmann l. l. p. 53 n. 53. [74]) Hyg. l. l.: „(Eumolpus) victus cum exercitu cum esset ab Atheniensibus interfectus, Neptunus, ne filii sui morte Erechtheus laetaretur, expostulavit, ut eius filia Neptuno immolaretur." [Hic fortasse erravit Hyginus!] „Ipse Erechtheus ab Iove, Neptuni rogatu, fulmine est interfectus." — Apd.

attamen in Ione Euripides ita rem intellexisse videtur. Quaeritur iam de ‚Erechtheo'. Extat vero ex hac tragoedia oratio, qua filius a patre de principis maxime officiis admonetur.[75]) Ac pulcherrime finxit Welckerus[76]) haec ultima esse Erechthei verba; in ipsa scaena, quo gravi volnere saucius esset portatus, statim ubi suis valedixisset, animam eum exspirasse.[77]) Dignus est orationis finis:

ἀλλ' ὦ τέκνον μοι δὸς χέρ', ὡς θίγῃ πατήρ,
καὶ χαῖρ'· ὑπ' αἰδοῦς δ' οὐ λίαν ἀσπάζομαι·
γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.

At coniecit U. de Wilamowitz-Moellendorff,[78]) finem fabulae fuisse Erechthei in anguem commutationem; esse enim verba fragmenti Euripidei 922 (Nauck) a scholiasta Hermogeniano errore tantum Cecropi tributa (cum ipse Hermogenes simpliciter Euripidis esse dicat). Sic orationis conclusio esset:

οἴμοι, δράκων μοι γίγνεται τὸ ἥμισυ·
τέκνον, περιπλάκηθι τῷ λοιπῷ πατρί.

Sed quantum distat hoc ab illo! Ibi egregium admiramur Graecae illius *σωφροσύνης* documentum, dignum profecto Erechtheo, qui pro patria mortem obiit; cum hoc posterius debilem potius senem redoleat, velut Cadmum (cui Valkenaerius verba tribuit). Potest sane res ita explicari, ut illa Erechthei in pugnam exeuntis, haec reducis ac morientis verba esse coniciatur, ut ne alterum fragmentum (364) alterum statim consequatur (922), id quod ferri non posset; sed optimus certe prioris fragmenti locus ist est, quem Welckerus ei assignavit. Quare Wilamowitzii speciosam certe coniecturam sequi nolim.

Sed quis in nostra fabula occidit Erechtheum? Num idem qui in Jone, Neptunus? At esset haec certe in tragoedia, quae tota in Erechthei laude versatur, cuius magno animo fortitudineque patria a barbaris sit liberata, minus idonea conclusio. Hic, etiamsi erat traditum, mutare Euripidem prope necesse fuit; neque et alias vel graviora novare Euripides dubitavit.

---

l. l. *Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος*. — [75]) Fr. 364. — [76]) Welcker l. l. p. 723/4. — [77]) In ipsa pugna cecidisse Erechtheum Paus. I, 38, 3 (3) tradit, cuius in hac fabula enarranda auctoritas nulla est. — [78]) U. d. Wilamowitz, Aus Kydathen p. 141 n. 63. —

Praeterea siquidem rediit Erechtheus ex pugna et postea demum mortem obiit, dei telo ictus esse vix potest; hoc iam per se absonum ac prope ridiculum esset. Sed Euripide, qui *τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν φαίνεται*, fingere dignum fuit ab eo ipso, quem interfecisset, Eumolpo scilicet, volnus letale accepisse Erechtheum. Quod cum Jone discrepat;[79] sed estne eiusmodi discrepantia mira in Euripide?[80] —

Iam vero hactenus egressis venia est petenda, praesertim cum in eiusmodi re simus commorati, de qua sentiri ac divinari permulta, sciri pauca possint. Transeundum iam ad posteriores auctores; neque enim de tota fabula ac de Euripidis maxime auctoritate certius adhuc quidquam statuendum est.

3.

Eorum, qui post Euripidem argumentum tractaverunt, uno verbo attingendi sunt oratores Attici, quos ex Euripidis et Erechtheo et aliis tragoediis (velut Heraclidis!) Atheniensium laudis materiam deprompsisse notum est. Meminit fabulae Isocrates[81] bis, porro Lycurgus,[82] denique epitaphii qui fertur Demosthenis esse auctor;[83] his addendi Platonis, si est Platonis, Menexenus[84] et Xenophon, qui rem in maius

[79]) Obstare videtur Apollodori narratio, quam ceteroquin cum Euripide optime convenire vidimus. *Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος, Κέκροψ ὁ πρεσβύτατος τῶν Ἐρεχθέως παίδων ἐβασίλευσεν.* Sed absurdum est regiam domum (i. e. familiam) a deo everti, filium maximum natu remanere. Videtur igitur ex altero fonte haustus esse filius succedens, ex altero domus regiae eversio (et Erechthei ipsius, quae cum ea cohaeret, mors) per Neptunum facta. Quare cum Erechthei filium (superstitem, ut fr. 364 satis ostendit) in tragoedia nostra habeamus, quae de Neptuno dicuntur, aliunde petita esse videntur. — [80]) Cf. Tiresiae vaticinium in Phoenissis, quod iam veteribus difficultatem praebuit, Eur. Phoen. 852 sqq. c. schol.; Apollinis Delphici in Erechthei. Quamquam hoc levius (v. 854: *καχεῖ γὰρ ἦν τις πόλεμος Εὐμόλπου δορὸς | οὗ καλλινίκους Κεκροπίδας ἔθηκ' ἐγώ*). — [81]) Isocr. or. IV (paneg.) § 68; XII (panath.) § 193 (v. supra). — [82]) Lyc. in Leocr. 98 (v. supra). — [83]) [Dem.] or. LX § 8. — [84]) Plat. (?) Menex. p. 239 b. Ceterum plerisque horum locis magna similitudo intercedit; certe alius alium imitatus est. Menexeni quoque locus

auxit.[84a]) Ab Euripide dissentit auctor Ulixis,[84b]) vix tamen dignus ille, qui respiciatur.[85])

Sed habemus etiam auctorum, qui aut omnino non pendent ab Euripide, aut certe ex parte alio de fonte hauserunt, testimonia. Quorum primus[86]) nominandus est Thucydides, qui „memorat Atticae urbes sub primis regibus nullo certo inter se foedere iunctas fuisse, atque interdum vel pugnasse inter se, velut Eleusinios Eumolpo duce adversus Erechtheum“. (Lobeck)[87]) Atque ex Atthidis scriptoribus, haud contemnendis maximam quidem partem auctoribus, Phanodemus (nisi Suidas erravit) duas Erechthei filias se ipsas immolandas pro patria dedisse tradit, cum exercitus ex Boeotia appropinquaret. Esse autem ab Hyacintho tumulo, ubi immolatae essent, Hyacinthides eas appellatas atque (heroicos,[88]) ut videtur) honores habuisse.[89]) — Philochorus autem, cum iamdiu inter Erech-

rhetorem redolet. — [84b]) [Alcid.] Ulix: *Μενεσθεὺς δὲ πρῶτος λέγεται κοσμῆσαι τάξεις καὶ λόγους καὶ φάλαγγας συστῆσαι, ἡνίκα Εὔμολπος ὁ Ποσειδῶνος ἐπ' Ἀθηναίους ἐστράτευσε θρᾷκας ἄγων.* Menestheum ex navium catalogo pro Erechtheo substituit, ceteroquin Euripidem secutus, fortasse chronologiae ratione habita, ne Eumolpus cum proavo congrederetur, quamquam hoc aeque ineptum. Cf. de hoc auctore quae disputavit J. Vahlen Sitz.-Ber. d. Wien. Ak. d. Wissensch. hist. philol. Classe 1863 fasc. II p. 522—5. [85]) Xen. Mem. III, 5, 10: *καὶ τὸν πόλεμον τὸν ἐπ' Ἐρεχθέως γενόμενον πρὸς τοὺς ἐκ τῆς ἐχομένης ἠπείρου πάσης.* Forsitan iam tum de Phorbante Acarnane aliquid narratum est de huiusque similibus; v. infra. — [86]) Bellum enim, quo Herodotus I, 30 Tellum cecidisse narrat, non contra Eleusinios gestum dicitur, ut vel Lobeckius Agl. p. 214 censuit, sed apud Eleusinem contra Megarenses, qui post Eleusinium bellum Atheniensium finitimi facti erant. Ceterum res inter omnes iam constat. — [87]) Thuc. II, 15 *καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα.* [88]) Et confirmatur Philochori gravissimo testimonio fr. 31 = schol. Soph. Oed. Col. 99. — [89]) Phanod. fr. 3 (Suid. s. v. *παρθένοι*) *τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον καὶ ἐτίμων. ἦσαν δὲ ἀριθμὸν ἕξ· . . . τούτων λέγεται Πρωτογένεια καὶ Πάνδωρα δοῦναι ἑαυτὰς σφαγῆναι ὑπὲρ τῆς χώρας, στρατιᾶς ἐλθούσης ἐκ Βοιωτίας. ἐσφαγιάσθησαν δὲ ἐν τῷ Ὑακίνθῳ καλουμένῳ πάγῳ ὑπὲρ τῶν Σφενδονίων, διὸ καὶ οὕτω καλοῦνται αἱ παρθένοι Ὑακινθίδες, καθάπερ μαρτυρεῖ Φανόδημος . . . μεμνημένος τῆς τιμῆς αὐτῶν.* Ceterum de virginibus immolatis v. Lobeck Agl. p. 210—2. Phanodemi et Philochori (fr. 31 ap. schol. Soph. Oed. C. 100) loci certe illud probant, Erechthei filiarum immolationem non ab Euripide in fabulam de Erechtheo

theum et Eumolpum bellum esset gestum, finem belli factum esse tradit, cum ex Apollinis responso Agraulus Cecropis filia sua sponte se ab urbis moenibus deiecisset. Quod ob egregium facinus postea templum in arce ei dedicatum esse.[90])

Atque etiam traditum fuisse moneo Ionem in bello contra Eumolpum gesto auxilio venisse et in huius rei memoriam Boëdromiorum festum institutum esse[91]). Quae quidem num iam Pherecydes habuerit, dubium est; sed constat de Philochoro.[92])

Ut vero hoc postremum,[93]) ita cetera quoque, quae attuli, testimonia omnino pugnant cum Euripidis et Ione, et, siquid video, etiam Erechtheo. Nec tamen est, quod his omnibus minorem fidem habeamus. Immo concedendum bellum Eleusinium, quod Erechtheus cum Eumolpo gessit, variis fabulis celebratum fuisse et inter se prorsus diversis non solum quarto, sed etiam quinto saeculo, et, si illorum artis monimentorum meminerimus, iam diu ante Euripidem. Nusquam vero praeter hunc de Thrace Eumolpo quidquam audivimus aut omnino de Thracibus.

At inter Orphicos iam tum receptus erat Eumolpus! Inde a quo tempore, nescimus, sed certum est iam Platonem,[94]) qui optime hoc totum poësis genus novit, Eumolpum significare, cum Musaei filium lubricam quandam doctrinam protulisse dicat. Marmor quoque Parium[95]) i. e. vetus quispiam

---

esse illatam. Phanodemo multa certe cum Euripide sunt communia, sed ea sole de causa, quia ex communi fonte, Atticis scilicet fabulis, hauserunt (contra U. d. Wilamowitz l. l. p. 126). Nuperrime hunc totum locum egregie tractavit C. Robert in Prelleri myth. Gr.⁴ 1886 p. 200 sqq. — [90]) Philoch. fr. 14 ap. Ulp. schol. Dem. d. fals. leg. V. p. 117b (Bas. 1572) ... ὅτι πολέμου συμβάντος τοῖς Ἀθηναίοις, ὥστε Εὔμολπος ἐστράτευσε κατ' Ἐρεχθέως, καὶ μηκυνομένου τούτου ..... — [91]) Philoch. fr. 33 ap. Harpocr. s. v. Βοηδρόμια· ἑορτή τις Ἀθήνησιν οὕτω καλουμένη, ἥν φησι Φ. ἐν δευτέρᾳ νενομίσθαι, ἐπειδὴ Ἴων ὁ Ξούθου ἐβοήθησε σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως βασιλεύοντος. [cf. Strab. VIII, 7, 1 p. 383, qui tamen Thraces intulit.] — [92]) v. hac de re Muellerum F. H. G. I. p. 99b. Ceterum belli Eleusinii ducem Ionem significare videtur etiam Herodotus VIII, 44, qui στρατάρχην Atheniensium eum appellaverit. — [93]) Est enim in Ione Erechtheus iamdiu mortuus, cum Ion Delphis nondum egressus sit; ex Erechtheo vero nihil de Ionis auxilio traditum: Erechthei merita eo vel minuerentur. — [94]) Plat. resp. II. 6. p. 363 c

Atthidis scriptor, Musaei patris carmina edidisse Eumolpum sub Erechtheo rege certe conicitur tradidisse. — Contra Philochorus Musaei patrem facit Eumolpum (nescimus, an eundem, quem Eleusiniorum propugnatorem), Lunae coniugem.[96]) Ac Theocritus poëta cantum et citharam didicisse Herculem a Philammonide Eumolpo dicit.[97]) Posteriorum Diodorus ex Eumolpi Bacchicis versum laudat,[98]) ut de Suidae fonte, quicumque fuit, taceam, qui totum catalogum eius librorum attulit.[99]) Sic Eumolpus iam et dignus est habitus, qui inter epicos Homeri aetate priores reciperetur![100])

Sed iam ad ea propius accedimus, unde — in hymno Homerico — sumus profecti: Eumolpum cum Cereris cultu atque Eleusiniis sacris denuo connexum videbimus.

Ac primum quidem doctus Sophoclis scholiasta ut probaret *ζήτημα* fuisse[101]) quo modo fieri potuisset, ut Eumolpidae, cum barbari essent, sacris initiarent,[101a]) multorum affert testimonia, qui difficultatem variis modis solvere conati sunt. Locos ipsos brevitatis causa apponere mihi liceat. Ister[102]) igitur dixit *πρῶτον Εὔμολπον ποιῆσαι τὸν Δηϊόπης τῆς Τριπτολέμου τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια καὶ οὐ τὸν Θρᾷκα.* Distinxit igitur duos certe Eumolpos; tres exhibet Andro:[103]) *Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα, τοῦ δὲ Εὔμολπον* [*τοῦ δὲ Ἀντίφημον* C. Mueller omisit] *τοῦ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητὴν, τοῦ δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα*

Μουσαῖος δὲ τούτων νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρὰ θεῶν διδόασι τοῖς δικαίοις. — [95]) Marmor Par. 27/9 [*Ἀφ' οὗ Εὔμολπος ὁ | Μουσαί*]*ου τὰ μυστήρια ἀνέφηνεν ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰς τοῦ* [*πατρὸς Μ*]*ουσαίου ποιήσ*[*εις*] *ἐξέθηκ*[*εν, ἔτη ΧΗΔ — βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐ | ρεχθέ*]*ως τοῦ Πανδίονος.* [96]) Philoch. fr. 200 ap. schol. Ar. Ran. 1033 *τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησι.* — [97]) Theocr. XXIV, 108. — [98]) Diod. I, 11. — [99]) Suid. s. v. *Εὔμολπος* v. infra. — [100]) Suid. s. v. *Εὔμολπος. Ελευσίνιος ἤτοι Ἀθηναῖος, υἱὸς Μουσαίου τοῦ ποιητοῦ, ὡς δέ τινες, μαθητὴς Ὀρφέως· ἐποποιὸς τῶν πρὸ Ὁμήρου· γέγονε δὲ καὶ Πυθιονίκης· πρὸς λύραν γὰρ ἐπεδείκνυντο οἱ ποιηταί.* Cf. Acasti ludos, quibus „Eumolpus, Neptuni filius, ad Olympi tibias voce" vicisse dicitur apud Hyginum fab. 273. — [101]) Schol. Soph. Oe. C. 1046 *ζητεῖται, τί δήποτε οἱ Εὐμολπίδαι μυστηρίων ἐξάρχουσι, ξένοι ὄντες.* — [101a]) M. Wellmann l. l. p. 59/60 hanc de Eumolporum genealogiis quaestionem apte coniungit cum illa de stemmatis regum Atticorum. — [102]) Ister fr. 21. — [103]) Androtion fr. 34; sed Andronem cum

τὴν μύησιν καὶ ἱεροφάντην γεγονότα. Denique Acestodorus, sicut Andro (est autem, ut videtur, Megalopolitanus ille auctor) quintum a primo Eumolpo dicit *τὸν τὰς τελετὰς καταδείξαντα*; tenuisse vero Eleusinem primum autochthones, tum Thraces, qui Eumolpo duce auxilio venissent contra Erechtheum. Andronem Pausanias[104]) secutus esse videtur, quamquam unum tantum Eumolpum (sed eum Cerycis patrem) commemorat; quam huic opposuit ut ipsorum Cerycum sententiam, Androtioni deberi Wellmannus probabiliter coniecit. — Unde autem Photius[105]) suos Eumolpos hauserit, nescimus.

4.

Iam igitur materies ita collecta atque praeparata videtur, ut inde iam ipsi Eumolpi imaginem fingere possimus. Atque omnia quidem testimonia,[106]) quae ad Eumolpum aut ad Eleusinium bellum pertinent, hic colligere nolui; nonnullos, si occasio oblata erit, infra afferam. De mythographis autem quae dicenda videbantur, apud eos, quos secuti sunt, auctores erant notanda; non enim de eorum ipsorum, sed de fontium auctoritate agitur. —

Eumolpum iam in Homeri qui vocatur in Cererem hymno cum huius deae cultu coniunctum vidimus. In unius Celei regiam Ceres devertit, omnibus regibus sacra sua, i. e. mysteria, tradit. Nihil in iis extraneum; Eumolpus cum collegis suis est Eleusinius, est Graecus. Iam vero in Euripidis fabula, quae tantum apud posteros valuit, est advena, qui Eleusiniis modo auxilio venit. Nihil ad Cererem pertinet, sed ad Neptunum totus; est fortis bellator, nec quidquam aliud in eo cernitur. Alii auctores bellatorem sane faciunt, sed genuinum

---

Triclinio lgdum C. Mueller altero F. H. G. volumine (sub Andronis fragmentis) ostendit. — [104]) Paus. I, 38, 3 (3) *τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου Κῆρυξ νεώτερος λείπεται τῶν παίδων, ὃν αὐτοὶ Κήρυκες θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγλαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ Εὐμόλπου.* — M. Wellmann l. l. p. 90, ubi plura vide. — [105]) Phot. s. v. *Εὐμολπίδαι· πατρία ἀπὸ Εὐμόλπου· ἐγένοντο δὲ τρεῖς· ὁ μὲν ἐκ Θρᾴκης ἐπιστρατεύσας, ὃν οὐ προσοικοῦνται οἱ Εὐμολπίδαι· ὁ δὲ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀστυχόμης, ὁ δὲ Μουσαίου καὶ Δηϊόπης.*

Eleusinium. Sed iam omnia commutata videntur: est ab altera parte vates, unus ex Orphicis illis, ab altera cum sacerdotum gente Eumolpidarum coniungitur. — Sunt haec certe satis diversa in uno quamvis fabulari homine!

Sed iam de singulis videamus. Ut in omnibus fabulis Graecis explicandis certissima fundamenta ea sunt, quae tradentium auctorum aetate remanserunt, ac maxime quidem ea, quae ad cultum deorum et sacras caerimonias per multa saecula plerumque pie conservatas pertinent, ita in nostra causa a nobili illa et summam vetustatis speciem prae se ferente Eumolpidarum gente initium erit faciendum. Inter omnes constat summum hanc apud Cereris et Proserpinae templum sacerdotium tenuisse, hierophantarum scilicet, quibus praeter alios honores mysteriorum administratio obtigit. [107]) Cum hac igitur gente iam apud veteres coniungitur Eumolpus, atque coniunxerunt omnes illi auctores, qui, ne barbarus advena mysteria instituisse diceretur postea peregrinis omnibus inaccessa, duos finxerunt Eumolpos aut etiam plures. Atque etiamsi nihil traditum esset, Eumolpidarum gentem ab aliquo heroë, ut omnes alias gentes [108]) (velut Ceryces a Ceryce) originem suam duxisse statuendum esset, cuius nomen vix aliud fingi posset nisi Eumolpus. Iam igitur veterum testimoniis confisi Eumolpum, de quo agimus, Eumolpidarum esse *ἀρχηγέτην* sive *ἐπώνυμον* dicimus, [109]) unde, siquidem iure diximus, et illud sequitur non posse Eumolpi personam recte intellegi, nisi ab Eumolpidis initium interpretationis factum erit.

Cf. Lobeck Agl. p. 213. — [106]) Nonnulla v. apud Lobeckium Agl. p. 212—4. [Engelmannum in Roscheri „mytholog. Lex. s. vv. „Erechtheus“ et „Eumolpus“ vixdum inspicere potui] — [107]) De Eumolpidis praeter K. F. Hermann Lehrbuch der gottesdienstlichen Alterthümer § 25 n. 25 conferas Chr. L. Bossler de gentibus et familiis Atticae sacerdotalibus Darmst. 1833 p. 19—22; Guil. Petersen quaestiones de historia gentium Atticarum, diss. in. Kil., Slesw. 1880 p. 64—69. Strube Studien über den Bilderkreis von Eleusis 1870 cp. II, p. 26 sqq.; multa etiam ad nostram rem utilia, praesertim de gentibus earumque indole et institutionibus attulit W. Dittenberger, Die Eleusinischen Keryken Hermes XX p. 1—40 (1885). — [108]) Dittenberger l. l. p. 3 sq. — [109]) Photius s. v. *Εὐμολπίδαι· πατρία ἀπὸ Εὐμόλπου* optime hoc ex-

Si autem Eumolpidarum gentis auctor est Eumolpus, omnia primum fecisse aut instituisse eum oportet, quae ad Eumolpidarum officia pertinebant: primus hierophanta fuisse primusque mysteria administrasse itaque aut ipse instituisse aut a dis accepisse fingendus fuit. Quae omnia a Graecis auctoribus ei attribui vidimus, [110]) sed iure unum Plutarchi [111]) locum Strube pressit: *Εὔμολπον, ὃς ἐκ Θρᾴκης μεταστὰς ἐμύησε καὶ μυεῖ τοὺς Ἕλληνας.* Iam vero et nomen facilius erit ad explicandum: Eumolpidae ita sunt appellati, quia mystica *δρώμενα* cantilenis suis prosequebatur hierophanta, id quod epigramma probat quamvis ex ultimis prope mysteriorum temporibus: [112])

[Μνῆ]μα τόδε ὑψιφανὲς Δη[οῦ]ς [ζ]α[κόρ]οιο δέδορκας
μυρίον ἐν σοφίῃ κῦδος ἐνενκαμένου·
ὃς τελετὰς ἀνέφηνε καὶ ὄργια πάννυχα μύσταις
Εὐμόλπου, προχέων ἱμερόεσσαν ὄπα.

---

pressit. — [110]) Marm. Par. 27/8 apposui infra exempli gratia Pausaniae locum, qui Eumolpum, ut mysteria instituere posset, superstitem expugna redeuntem fecit: I, 38, 3 (3): *γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους, ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεὺς Ἀθηναίων βασιλεὺς, ἀπέθανε δὲ Ἰμμάραδος Εὐμόλπου, καταλύονται δὲ ἐπὶ τοῖσδε τὸν πόλεμον, ὡς Ἐλευσινίους ἐς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας ἰδίᾳ τελεῖν τὴν τελετήν. τὰ δὲ ἱερὰ τοῖν θεοῖν Εὔμολπος καὶ αἱ θυγατέρες δρῶσιν αἱ Κελεοῦ . . .* — [111]) Plut. d. ex. 18. Hic locus Boeckhii coniecturam (ad C. I. G. II, 401) probare videtur hierophantas ubi inaugurati essent privatum nomen statim deposuisse et simpliciter Eumolpos esse dictos. At ex titulo nuper reperto (*ἐφήμ. ἀρχαιολ.* 1883 p. 79) *Ποσειδώνιον* potius sacrum illorum nomen fuisse concludendum videtur. (Dittenbergerus ad solam Romanam aetatem hunc morem refert Hermes XX, 13.) Cf. B. Keil, Hermes XX p. 628/9. E. Curtius, Athen und Eleusis orat. acad. 1884 p. 9. Est autem titulus in Apollonii sophistae monumento incisus, itaque tertii p. Chr. n. saeculi, ubi leguntur:

v. 5: *οὔνομα δ' ὅστις ἐγὼ μὴ δίζεο· θεσμὸς ἐκεῖνο*
μυστικὸς ᾤχετ' ἄγων εἰς ἅλα πορφυρέην· κτέ.
v. 9: *νῦν ἤδη παῖδες κλυτὸν οὔνομα πατρὸς ἀρίστου*
φαίνομεν, ὃ ζωὸς κρύψεν ἁλὸς πε[λάγει]
οὗτος Ἀπολλώνιος κτὲ
v. 11: *σὺν δὲ Ποσειδάωνι φερώνυμος εὖ παρεκλήθη.*

v. 11: Keilius ita vertit: simul (*σύν*) autem felici cognomine utebatur ducta a Neptuno appellatione; cf. infra. — [112]) C. I. G. II 401. Boeckhius quae sequuntur de hostium in Atticam facta invasione ad Gothos refert, quos a.

Est igitur Eumolpus non solus per se propter suum nomen vates, sed quia Eumolpidae etiam cantores fuerunt, ab his aliquid ad eum redundavit. Certe fieri facillime potuit, ut Eumolpidae heroi suo ea carmina, quae ipsis canenda fuerunt, ut auctori tribuerent; quod si semel factum erat, et alia carmina, quae ad Cereris mysteria pertinebant, sub eius nomine edita vel, cum iamdiu nota essent, ad eum delata esse nemini mirum erit. Atque eiusmodi sunt vel plurima ex Suidae catalogo, ubi scripsisse dicitur Eumolpus *τελετὰς Δήμητρος καὶ τὴν εἰς Κελεὸν ἄφιξιν καὶ τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν τὴν ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ γενομένην, ἔπη τὰ πάντα τρισχίλια.* Quamquam, qualia haec omnia fuerint, vix opinor cuiquam erit dubium: Orphica fuere figmenta. Ac de Orphico Eumolpo supra vidimus; hinc efficitur, Eumolpidarum gentis auctorem ab Orphicis facile vindicari potuisse, neque ullam aliam Orphici Eumolpi originem anquirendam esse.

Iam vero et ad hymni illum Eumolpum nostra interpretatio quadrat. Reicio sane coniecturam, Welckeri opinor, quattuor Eleusiniorum reges cum quattuor primis sacerdotibus hierophanta daducho, ceryce *τῷ ἐπὶ βωμῷ* coniungendos esse; sed ante Eleusinium bellum, cum Eleusinii *αὐτόνομοι* essent, nonne re vera *φυλοβασιλεῖς* esse potuerunt Eumolpidae, qui regis potestatem coniunxerunt cum sacerdotali? Veri similius hoc certe, quam prorsus aliam tum Eumolpi imaginem fingere, praesertim cum iam in hymno, qui omnes praeter Celeum eiusque domum obiter tantum commemorat, mysteria a dea una cum collegis acceperit.

Sed quinto saeculo saltem nobis primum occurrit fortis bellator et magni exercitus dux, nondum, nisi apud Euripidem, Thrax. Atque occurrit in fabulis Atticis, non Eleusiniis. Notandum est non Triptolemo aut Diocli aut Celeo has partes attributas esse, sed Eumolpo. Causa fuisse potest (incerta haec omnia esse ipse non ignoro) quod Eumolpidarum gens sola mansit ac saltem sacerdotalem retinuit potentiam, ut, cum fabulae de bello orerentur, dux iam nullus idoneus inveni-

---

fere 269 a Dexippo historico repulsos esse constat. — [113]) Giseke thrak.

retur nisi Eumolpus. Qui cum patria, quae antea divinas potius res coluisse quam bella et arma videtur, iam et pericula communia habuit.

Hactenus igitur Eumolpus cum Eleusiniis suis est Graecus. Sed Euripides Thracem fecit Eumolpum et ab Eleusiniis, qui Graeci esse ne apud eum quidem desierunt, separavit. Atthidis scriptorum Ister, posteriorum plerique, quorum tamen per se ipsorum nulla iam est in hac re auctoritas, secuti sunt. Est autem res satis difficilis, et operae pretium videtur telam artificiose contextam dissolvere. Eumolpum igitur variis modis cum Thracibus coniunxit Euripides: primo genere: originem enim ducit ab Aquilone et Orithyia, id quod apud tragicos Thraciam semper patriam significare vidimus. Deinde moribus et prava indole: est prorsus nefario atque ingrato animo contra eos, quibus plurimum debet. Ac tribui ei facinus ad Terei exemplum (Sophoclei opinor) compositum itaque vere Thracium B. Giseke vidit[113]). Denique cum Tegyrio Thracum rege, qui nemo alius est quam Tegyrae Boeotiae oppidi heros,[114]) foedus iniisse dicitur, atque filius ei datur Ismarus sive Immaradus. Hunc vel nomen coarguit iustum esse Thracem[115]); Athenis in Eleusinio vel sepulcrum ei dedicatum fuisse Clemens Alexandrinus tradit[116]). Sed cum genuino Eumolpo vix fuerat coniunctus. Haec omnia vestigia indicant Euripidem certe Thracem informasse Eumolpum et omnibus coloribus Thraciis depingere studuisse. Neque igitur mirum, quod post Euripidem barbaro Eumolpi exercitui et alii comites e longinquo profecti additi sunt, velut Phorbas, unus ex Curetibus Acarnanibus, et is Neptuni filius, et Clytius Agriopae Cyclopis filius.

Cum vero et Terei illud facinus ad Eumolpum translatum et maxime maiores eius Aquilo et Orithyia ab Eleusinia quidem fabula alieni fuisse iudicandi sint, et de Ismaro dubitandum certe videatur, numquid omnino genuinum sit in Eumolpo

---

pelasg. Stämme p. 47, 125 (n. 209. — [114]) Giseke l. l. — [115]) Cf. Ismarum Ciconum urbem postea Maroneam dictam; Pott, Zeitschr. f. vergl. Sprachw. IX, 145 (qamquam *Ἰμμαράδῳ* cum Graeco verbo *ᾄδειν* aliquam rem esse vix credam! — [116]) Cl. Al. adv. gent. 29 b Immarum, Eumolpi atque Dairae filium, in *περιβόλῳ τοῦ Ἐλευσινίου τοῦ ὑπὸ ἀκροπόλει* sepultum dicit. —

Euripideo, quaeritur. Ac restat fabula de Eumolpi partu. Neptuni est filius, a matre in mare coniectus,[116a]) et a patris filia apud Aethiopes educatus. Qui non sunt Libyae incolae, sed fabulosi illi

Αἰθίοπες τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

In ipsa igitur patris ut ita dicam regia Eumolpus educatus est. Quod Thraciae originis vestigium iam nullum habet: Eumolpus non e longinqua aliqua terra advenisse, sed ex ipso potius mari ortus esse videtur, id quod idem fere significat ac si quis heros terra natus dicitur. Hoc iam genuinae fabulae Eleusiniae similius est. Ac notus insuper Neptuni apud Eleusinios cultus *πατρός* sive *πατρῴου* (Lobeck) vel ex Pausaniae loco.[117])

Atque etiam in bello Eleusinio Eumolpum patris partes agentem fecit Euripides contra Erechtheum, qui sub Minervae tutela fuisset. Sic vetus illud deorum de Athenarum arce certamen Phidiae tunc temporis arte omnibus notum redintegratur. Sed quamquam pulcherrime a poëta factum est, quaeritur, num re vera Eumolpi atque Erechthei certamen mythologicam (sit venia verbo) hanc vim habeat. Neque enim ipse Erechtheus a Neptuno potest divelli. Erechtheum nihil aliud esse nisi Neptuni cognomen tituli probant, gravissimi ii, quia ad dei sacerdotes pertinent.[118]) In Erechthei templo Neptunus cum Minerva cultus est, atque in Neptuni ibi ara etiam Erechtheo sacra fiebant.[119]) Accuratius hoc loco rem haudquaquam ignotam tractare non possum; unum dixerim mea quidem sententia potuisse sane Erechtheum a poëtis totum

---

[116a]) Dicitur in epigrammate illo de hierophanta: *θεσμὸς ἐκεῖνο (τοὔνομα) μυστικὸς ᾤχετ' ἄγων εἰς ἅλα πορφυρέην* (n. 107). Num ad sacram hanc lavationem fabula de Eumolpo quasi primo hierophanta, in mare coniecto spectat? (C. Robert). — [117]) Paus. I, 38, 6 (6) *Ἐλευσινίοις δὲ ἔστι μὲν Τριπτολέμου ναὸς, ἔστι δὲ Προπυλαίας Ἀρτέμιδος καὶ Ποσειδῶνος πατρός.* Cf. Neptunum et Amphitriten in Hieronis vasculo n. 59. — [118]) C. I. A. III, 276 (in Dionysii theatri sella) *ἱερέως Ποσειδῶνος Γαιηόχου καὶ Ἐρεχθέως.* 805 (ex Neronis aetate) *ὁ ἱερεὺς Ποσειδῶν[ος] Ἐρεχθέος Γαιηόχου.* Alia testimonia attulit C. Robert in Prelleri mythol. Graec. [4] p. 203/4 n. 2 qui de Erechtheo ibidem accuratissime egit. — [119]) Paus. I, 26, 5: *βωμὸς Ποσειδῶνος* (in Erechtheo), *ἐφ' οὗ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν ἔκ του μαντεύματος.* —

separari a Neptuno, non vero, quo tempore nondum cum Neptuno esset coniunctus, solum per se ipsum esse aut a Minervae partibus stare vel contra Neptunum. Prius semper in Graecorum fabulis est cognomen aliquod deo tribui, posterius demum fingi ex hoc cognomine heroëm. Cuius rei satis notae exempla afferre non oportebit. Concedendum igitur erit Eleusinio bello deorum certamen quamvis pulcherrimum ornamentum additum esse ab Euripide.[120)]

Sed manet Eumolpi pater Neptunus. Quod facillime ita interpretabimur Eumolpidas hunc deum ut primum stirpis auctorem coluisse ob eamque causam herois sui patrem fecisse. Velut Ceryces quoque ἐπώνυμον suum Cerycem Mercurii dei filium finxerunt. Quamquam mera hoc coniectura niti haud dissimulamus.[120a)]

Iam demum, id quod superest, quaeramus, quanam de causa Eumolpus apud Euripidem et apud posteros Thracia civitate sit donatus. Neque Euripidem primum ita appellasse dico, quamquam nobis primus est rei testis, apud quem Eleusiniae fabulae cum toto illo Thracio fuco artificiosius coniunctae sunt, quam simplex mythi ratio postulat. Iam vero si Eumolpus ipse Thrax esset genuinus, essent etiam Eumolpidae et cum iis magna certe Eleusiniorum deorum et vel totius civitatis pars Thracibus vindicandi. Hoc si fingeremus, simul etiam fingendum esset Thraces illos Graecos fuisse; neque enim Eleusiniorum deorum cultus Graecis adimi ullo modo potest. Hoc certe ultimum esset refugium. Nec tamen alia quaedam difficultas ita esset expedita in eo posita, quod Eumolpus in hymno Homerico, (ubi est Graecus) ceteris omnibus Eleusiniis par est, apud Euripidem contra (ubi est Thrax) advena, qui nihil cum Eleusiniis habet

---

120) Forsitan in **Ione Euripides** veterem **Atticam** fabulam est secutus (quamquam iam immutatam eam a poëta concedendum esset), secundum quam Erechtheus a suo ut ita dicam deo occisus vel potius sicut Amphiaraus a Iove terra occultus esset, ubi iam heroicos honores haberet. Huc, opinor, pertinet etiam, quod U. d. **Wilamowitz** de Erechthei **tragoediae** fine coniecit. Illam vero fabulae formam, si quando fuit, ad Eumolpum nihil respexisse non est quod moneam. — 120a) Cui tamen haud debile adminiculum addi potest Posidonii nomen, quod Romana saltem aetate hierophantas

commune. Est igitur Eumolpi personae aliquid attributum, quod a genuina eius vi et indole prorsus est alienum. Cuius rei causa fuisse potest,[121]) quod inter Orphicos poëtas receptus erat Eumolpus, id quod quin iam Onomacriti aetate factum esse fingamus nihil obstat. Iure autem Strabo[122]) dixit de Thracibus „παρ' οἷς καὶ τὰ Ὀρφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχε“, siquidem Orpheus (cum Orphico illo Zagreo) ex propria sua indole et natura non potest separari a Thracio Baccho, atque eo quidem non a Graecis quibusdam Thracibus, sed imprimis a Bessis apud Pangaeum in ipsa Thracia culto.[123]) Sic Eumolpus, si semel Orphicus poëta factus erat, potuit etiam pro Thrace existimari. Sed potest etiam aliud aliquid subesse. Thraces in Boeotia aliquando fuisse saltem inter plerosque constat; hinc fortasse ab Eleusiniis contra Athenienses auxilio ut venirent advocati sunt. Ad Boeotiam spectat et Tegyrii regis nomen apud Euripidem (Apd.) et Phanodemi illud Erechthei filias esse immolatas, cum e Boeotia exercitus appropinquaret. Certum aliquid de hac re vix poterit statui; satis nobis erit ostendisse genuinum Eumolpum, Eumolpidarum heroëm, Thracem nullo modo fuisse.

At conatus est B. Giseke[124]) religionum Eleusiniarum partem ad Pelasgicos suos Thraces referre, ac maxime quidem fabulam de Proserpinae raptu, quem ex Homerici hymni sententia apud Pangaeum factum esse demonstrat. Et hoc

adsumpisse verisimile est; v. n. 111. — [121]) De Orphicis cogitat A. Riese Fl. jhb. 1877 l. l. — [122]) Strab. X, 3, 16 p. 470. — [123]) Gravissimam et difficillimam rem (rationem Orpheo cum Thracio Baccho intercedentem) adumbrasse satis mihi habendum; vidit iam Proclus in Plat. remp. 398: *Ὀρφεὺς ἅτε τῶν Διονύσου τελετῶν ἡγεμὼν γενόμενος τὰ ὅμοια παθεῖν λέγεται τῷ σφετέρῳ θεῷ* (Lobeck Agl. p. 238) et denuo expressit O. Mueller Orchom. p. 382: (de Baccho) „dieser ist eben der Zagreus, dem die 5 *ὅσιοι* zu Delphi geheime Opfer verrichteten; sein Prophet, sein Priester und zugleich sein menschliches Abbild ist Orpheus, und dessen Zerreissung durch die Maenaden wiederholt nur das göttliche Drama. Durch diese Einsicht fällt ein Hauptargument Creuzer's, dass Orpheus der Apollodiener und Kitharist dem Dionysosdienste feindlich gewesen“ [Aesch. *Βασσαρίδες*] „hinweg.“ Hoc et mihi placet, quamquam multos etiam post Muellerum aliter iudicasse non ignoro. — [124]) B. Giseke thr. p. St. p. 19, 50; [cf.

quidem postremum libenter concedo. Sed traditum etiam antiquum in Elide Plutonis cultum moneo.[125]) Atque omnia Peloponnesiacam potius huius originem demonstrant, ubi Thraces unquam fuisse nemo tradidit, quam Thraciam. Neglexisse illa virum doctum non dico; sed ad Pelasgos retulit. Quod remedium eam ipsam ob causam, quia eo facile omnes in mythologia Graeca difficultates possunt sanari, quam maxime fugiendum videtur. — Ab alia vero parte gravissimum est, quod Bacchi cultus dei illius, siquis alius fuit, origine Thracii Eleusine antiquitus videtur non fuisse. Quare acutam viri docti sententiam probare non possum.

Contra C. Wachsmuth[126]) vel Athenis in Museo Thraciam fuisse coloniam coniecit ex vetere Bacchi et Musarum, ut Thraciorum deorum, cultu. Sed si Thracia horum est origo, non ideo tamen Thraces ipsos attulisse sequitur, cuius rei nullum praeterea exstat testimonium. Bacchum eisdem fere quibus apud Thraces ritibus et apud Thebanos et apud Orchomenios cultum esse scimus, sed etiam in Peloponnesi prope omnibus civitatibus; ac si Orchomenios et Thebanos ab ipsis Thracibus accepisse veri haud dissimile est, Peloponnesii certe a Thracibus non acceperunt, sed alia gens ab alia finitima transtulisse videtur. Sic Athenienses quoque a Boeotis et huius dei et Musarum cultum accepisse statuendum erit.[127]) —

C. Wachsmuth, Die Stadt Athen I, p. 403, n. 1.] — [125]) Cf. H. D. Mueller, Mythologie der griechischen Stämme „Peleus u. Neleus"; quamquam num iure Cauconibus deum attribuerit, dubitari potest. — [126]) Wachsmuth, Stadt Athen l. l. — [127]) De Baccho vide Rapp, Dionysuskult etc. (v. supra). Ceterum et infra de eo dicendum erit.

II. DE TEREO ET DE THRACIBUS PHOCIDEM ET BOEOTIAM OCCUPANTIBUS.

I.

De Terei fabula quae tradita sunt quia prope omnia a Sophocle pendere videntur, optimum erit et nos ab huius tragoedia initium facere et postea demum quaerere, quae a prioribus poëtis aut aliunde receperit quaeque praeterea de fabula nota sint.

Ac de hac quoque tragoedia cum Welckerus[128]) optime egerit, quae propositum nostrum postulat dixisse satis erit. Quaeque ad restituendam fabulam auxilia nobis suppeditant, et iis Welckerus omnibus usus est; sunt autem primum ipsa tragoediae fragmenta ab antiquis scriptoribus ad verbum expressa,[129]) deinde poëtarum aliorumque auctorum aetate maxime aequalium commemorationes seriae aut iocosae, tum, quae de tragoediis aut comoediis ad Sophoclei Terei exemplar compositis — sunt autem perpauca — tradita sunt,[130]) denique, et haec quidem gravissima, posteriores quae praebent fabularum scriptores aut poëtae, quos fere optime repraesentant ab altera parte Tzetzes,[131]) qui ipse dicit Sophocleae se fabulae argumentum narrare, ab altera Ovidius poëta.[132])

---

128) F. G. Welcker gr. Tr. I p. 374—88. — 129) Nauck Tr. Gr. Fr. p. 204/8 (fr. Soph. n. 519—35). — 130) Ex Accii Tereo non multum, e comoediis, siquidem fragmenta apud Athenaeum exstantia spectas, nihil discimus nisi nugas et facetias. — 131) Tz. in Hes. O. e. D. 566, qui a fine addit: *γράφει δὲ περὶ τούτου Σοφοκλῆς ἐν τῷ Τηρεῖ δράματι.* Adiecit inepta quaedam grammaticorum commenta. — 132) Ov. Met. VI, 411—676. — Apd. III, 14, 8 (quocum fere congruit Prob. ad

Ac primum Sophoclem scripsisse Tereum, deinde Philoclem scholiasta dicit Aristophaneus,[133]) qua re certe non solum ante Philoclem, sed omnium primum Terei poëtam fuisse Sophoclem significat. Quo quidem tempore tragoedia acta sit definiri non potest; at tamen non solum ante a. 414 Aristophanis probant Aves, sed etiam ante a. 421 a. Chr. n. actam Euripideus Erechtheus, si quidem Tereum imitatus est,[134]) ostendit.

Argumentum vero fabulae hoc fere fuit, (ut ipsis *ὑποθέσεων* forma uti nobis liceat:) Tereus Thracum (qui Solem summum deorum colerent)[135]) rex, Procnen Pandionis Athenarum regis filiam uxorem duxit. Nuptiarum etiam apud Sophoclem causa fuisse videtur, quod Tereus Pandionem contra Labdacum, Boeotorum (i. e. Cadmeorum) regem, adiuverat.[136]) Postea vero et Philomelam alteram Pandionis filiam stupravit (permiserat enim pater, ut eam domum duceret secum sororem visuram, sed vis a barbaro virgini Aulide est illata) et, ne quid evolgaretur, linguam evolsit. Sed festo Bacchi die (quo et ipsa fabula acta fingitur)[137]) Procnae a Philomela (quae Aulide advenerat clam Tereum)[138]) tela artificiose texta mittitur, quae sororis calami-

Verg. Aen. ed. Keil p. 23 cf. M. Wellmann, de Istro Callimachio p. 45/6). — Hyg. f. 44 (quem ex alio fonte hausisse coniecit Welcker). In fabulis Romanensibus Boei et Helladii non moror; v. Roscheri myth. Lex. s. v. Aëdon. — 133) Schol. Ar. Av. 281: *ὁ Σοφοκλῆς πρῶτον τὸν Τηρέα ἐποίησεν, εἶτα Φιλοκλῆς.* — 134) V. p. 30. — 135) Fr. 520: *Ἥλιε, φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέλας* (*σέβας*). De Solis apud Thraces cultu ex Herodoto [cf. V, 7] et optimis auctoribus nihil constat. At Aeschylus in *Βασσαρίσι* fecit ([Erat.] catast. 24) Orpheum Solis sive Apollinis cultorem neglecto Baccho: *ὃς τὸν μὲν Διόνυσον οὐκ ἐτίμα, τὸν δὲ Ἥλιον μέγιστον τῶν θεῶν ἐνόμιζεν εἶναι, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα προσηγόρευσεν.* Sophocles Aeschylum, sed ipse Aeschylus Orphicos secutus esse videtur. Cf. Preller-Robert, Griech. Myth. ^{4} p. 230 n. 3. — 136) Apd. III, 14, 8 *πολέμου δὲ ἐξαναστάντος πρὸς Λάβδακον περὶ γῆς ὅρων ἐπεκαλέσατο βοηθὸν ἐκ Θρᾴκης Τηρέα τὸν Ἄρεος* (sc. *Πανδίων*) *καὶ τὸν πόλεμον σὺν αὐτῷ κατορθώσας, ἔδωκε Τηρεῖ πρὸς γάμον . . τὴν Πρόκνην.* — Ov. l. l. 423 a Tereo barbaros ex Attica fugatos dicit, qua de re bene Hauptius egit ad h. l. Cf. Thuc. II. 29 de nuptiarum causis. — 137) Hoc Welckerus iure collegit 1) ex Ov. 587 „tempus erat, quo sacra solent trieterica Bacchi | Sithoniae celebrare nurus“, 2) ex Acci quodam loco 3) ex fr. 524, ubi *ποικίλον φάρος* Bacchicum vestitum significaret. Ceterum v. infra. — 138) Tzetzae locum hic apposui: *Πανδίων ὁ Ἀθηναῖος θυγατέρας ἔσχε Πρόκνην καὶ Φιλομήλαν· ὧν τὴν Πρόκνην Τηρεῖ τῷ ἐκ Θρᾴκης*

tatem significet.[139]) Iamque Procne, in communi Bacchico furore, ipsa Bacchae insignibus ornata, sororem asciscit eiusque in Tereo iniurias ulciscitur.[140]) Itys, Procnes et Terei filius, mactatus patri cibus proponitur, qui ubi scelus ab ipsa Procne comperit fugientes sorores armatus persequitur.[141]) Sed antequam eas cepit, mutantur omnes in aves, Procne in lusciniam, Philomela in hirundinem, Tereus in upupam.

Commutatio ipsa in scaena fieri certe non potuit. Welckerus ne commutatos quidem in scaenam prodiisse probavit, sed rem a deo aliquo (Mercurio) narratam. Huc pertinere Aeschyli quod Aristoteles tradit fragmentum 297 (Nauck); errasse enim nonnunquam Aristotelem in citandis auctoribus luculentis exemplis ostendit.[142]) Ac ne de eo quidem dubitari posse videtur, quin versus illi decem de upupa praesertim in dialogo (aliud est fabulae alicuius in choro, aliud in dialogo accurata commemoratio) nullo modo ex cuiuslibet tragoedia argumenti, sed ex solo Tereo aliquo vel eiusdem argumenti fabula petiti sint; neque vero de Aeschyli Tereo aut simili aliqua tragoedia quidquam constat, ut illud omittamus scholiastae testimonium, Sophoclis primi fuisse Tereum tragoediam. Welckerus ne Aristophanis quidem iocos de Terei sui sive Upupae comica persona, cui ridiculum esset rostrum a Sophocle

---

δίδωσι πρὸς γάμον· ὃς ἐξ ἐκείνης Ἴτυν γεννᾷ. χρόνῳ δὲ ὁ Τηρεὺς ἐκ Θρᾴκης ἐλθὼν Ἀθήναζε λαμβάνει καὶ τὴν Φιλομήλαν ἀπάγειν πρὸς τὴν Πρόκνην εἰς Θρᾴκην, ἐν Αὐλίδι δὲ τῆς Βοιωτίας ἀποπαρθενεύει καὶ ταύτην, καὶ τὴν αὐτῆς γλῶτταν θερίζει, ὅπως μηδὲν ἰσχύῃ φράσαι τῇ ἀδελφῇ· ἡ δὲ εἰς Θρᾴκην ἐλθοῦσα δι' ἱστουργίας τὸ πᾶν φανεροῖ· Πρόκνη δε τὸν υἱὸν ἀποσφάξασα Ἴτυν κτέ (quae apud omnes veteres redeunt). — 139) Aristot. art. poët. 16 *εἴδη δὲ ἀναγνωρίσεως . . . πρώτη μὲν ἡ ἀτεχνοτάτη, ἡ διὰ τῶν σημείων· . . . οἷον . . . καὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ „ἡ τῆς κερκίδος φωνή“.* — 140) Bacchicum furorem pulcherrime descripsit Ovidius; quem Sophoclem sequi vidimus. Ceterum et Ovidius et Apollodorus singula diverse narrant, in quibus commorari nolo. — 141) Huc pertinet Ar. Lys. 563 *ἕτερος δ' αὖ Θρᾷξ πέλτην σείων κἀκόντιον ὥσπερ ὁ Τηρεύς.* — 142) Welcker l. l. p. 384. Aristotelis locus est h. a. IX, 49 p. 633 a 19, unde Plin. n. h. X, 86 (44), qui quamquam Aeschyli locum ex Aristotele deprompsit, nihilo minus Aeschyli nomen in auctorum indicem transtulit. Sed mirum saltem nobis, rem prorsus perversam (scilicet upupae in accipitrem commutationem) Aeschylo simpliciter credidisse Aristotelem ex

contumeliose inditum, visa haec esse apud Sophoclem in ipsa scaena censuit probare — quippe quod tragica gravitate esset indignum. Quod si iure contendit, in Sophoclis Tereo illa de upupa enuntiari potuerunt *ὑπ' ἐξαγγέλου*, neque iam commutatos in scaenam redire necesse fuit; si Aristophanis ratio postulat, ut apud Sophoclem commutatae prodierint personae, nuntii illam narrationem ex alia fabula fluxisse propemodum necesse est, et iam Aeschyli Tereum fingere cogimur; potuit enim Aristoteles cum Sophocle per errorem commutare Aeschylum; cum Philocle aut alio, ut ita dicam, minorum gentium deo mehercule non potuit. — Ac de Aeschylo quidem fuit dicendum, quia et alter apud eum locus, et is quidem certus, rem attigit, de quo infra plura dicenda. Mihi quidem prius illud magis placet; sat multa fuit Aristophani iocandi facultas, si Sophoclis tragoedia Terei commutationem antiquitus illam celebratam non nimis longo ante „Avium“ annum tempore (414 a. Chr. n.) omnium denuo animis in memoriam revocaverat. —

Iam vero locum, quo Sophocles fabulam suam actam finxisset, Daulidem esse Welckerus ratus est et inter plerosque certe constat; sed quia A. Riese novam de hac re sententiam tulit, denuo examinanda videtur. Neque apud veteres idem traditur ab omnibus. Conon Tereum appellat Thracum qui Dauliam et ceteram Phocidem tenuerint regem[143]); Apollodorus eius patriam quidem Thraciam dicit;[144]) sed fugientes sorores inde eum persecutum esse, donec Dauliae in Phocide, cum iam in eo esset ut caperentur, ex ipsarum votis aves fierent. Atque Apollodorus quidem in ea quae proprie ita nominabatur Thracia Terei regiam finxisse videtur; Dauliae vero mentio aliunde et ea quidem satis inepte iniecta est; an mulieres easque persequentem regem uno cursu e Thracia Dauliam usque cucurrisse putemus?

Atque etiam Ovidio (ex Alexandrinorum more opinor), ut Orpheum[145]) Ciconem appellat, ita Tereus est rex Odrysius.[146])

---

naturali praesertim historia petitam! — [143]) Con. narr. 31 *βασιλεὺς Θρᾳκῶν τῶν περὶ Δαυλίαν καὶ τὴν ἄλλην Φωκίδα.* — [144]) Apd. III 14, 8. — [145]) Ov. Met. X, 2 [cf. Lobeck Agl. p. 355 sq.] — [146]) Ibid. VI, 490. —

Quamquam in Romano maxime poëta numquid his tribuendum sit incertum videtur.[147]) Contra certum est eundem alio loco de Pyreneo dicere

> Daulida Threïcio Phoceaque milite rura
> ceperat ille ferox, iniustaque regna tenebat.[148])

Iam ad Thucydidis[149]) locum venimus. Qui de Tere Odrysarum regni conditore disserens, hunc nihil pertinere adicit ad Tereum, qui Procnen, Pandionis Atheniensium regis filiam, in matrimonium duxerit; — nam fuisse eos ne ex eadem quidem Thracia, cum Tereus Dauliae in Phocide, ut nunc nominaretur, fuisset, tum a Thracibus habitatae, illudque in Ity facinus in hac terra mulieres commisissent; ac poëtas quoque multos in lusciniae laude „Dauliadem" hanc avem appellasse. Huc accedere, Pandionem, si tam brevi spatio remotum quaesivisset generum, mutuo commodo magis prospexisse, quam si apud Odrysas multorum dierum itinere interiecto. Terem vero, cui ne nomen quidem idem esset, primum apud Odrysas potentem fuisse regem. — Hac vero in re A. Riese[150]) Thucydidem errasse censet; Daulias enim lusciniae cognomen esse derivandum non a Phociae illo oppido, sed a verbo *δαῦλον*, latine densum (fructicetum), a quo Daulidem oppidum denominatum Pausanias et Strabo dicunt, e communi, ut infra videbimus, fonte haurientes. Ac meminerit ille pulcherrimi illius Homeri, a quo luscinia cantare dicitur

> *δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν.*

---

[147]) Sithoniae nurus (v. 588) et Rhodope (589) nihil aliud sibi volunt quam rem in Thracia gestam indicare; notissima nomina maxime placent poëtae, qui locos accuratius definire non studet. — [148]) Ubi quae subinde narrat ad posteriorum (comicorum opinor) de Thamyra narrationes (Apd. I, 33, 3) ficta esse videntur a poëta Alexandrino. — [149]) *Τηρεῖ δὲ τῷ Πρόκνην τὴν Πανδίονος ἀπ' Ἀθηνῶν σχόντι γυναῖκα προσήκει ὁ Τήρης οὗτος οὐδὲν, οὐδὲ τῆς αὐτῆς Θράκης ἐγένοντο, ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος νῦν καλουμένης γῆς, ὁ Τηρεὺς, ᾤκει, τότε ὑπὸ Θρᾳκῶν οἰκουμένης, καὶ τὸ ἔργον τὸ περὶ τὸν Ἴτυν αἱ γυναῖκες ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἔπραξαν· πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ἐν ἀηδόνος μνήμῃ Δαυλιὰς ἡ ὄρνις ἐπωνόμασται. εἰκὸς δὲ καὶ τὸ κῆδος Πανδίονα συνάψασθαι τῆς θυγατρὸς διὰ τοσούτου ἐπ' ὠφελίᾳ τῇ πρὸς ἀλλήλους μᾶλλον ἢ διὰ πολλῶν ἡμερῶν ἐς Ὀδρύσας ὁδοῦ. Τήρης δὲ, οὐδὲ τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχων, βασιλεὺς πρῶτος ἐν κράτει Ὀδρυσῶν ἐγένετο.* — [150]) Fl. jhb. 1877 p. 224 sqq.

At siquis Thucydidem in gravissimo errore deprehendisse se credit, id quod in tali viro semper dolebit, probare eum oportet, quibus et quam gravissimis de causis error sit statuendus. Iam vero quae hoc loco istae sunt causae? Utrum quod lusciniae cognomen illud non solum a Daulia oppido, sed etiam a *δαῦλον* i. e. *δασύ* derivari potest, an quia vir doctus — pace eius dixerim — omnia optimorum auctorum testimonia, qui Thraces in Graecia fuisse probant, ad suam sententiam confirmandan e medio tollere studet? [151])

Ac poëtarum quidem eorum, quorum Thucydides testimonio utitur ad volgarem aliquam opinionem refutandam, de nemine iam certo constat. [152]) Quod ad poëtas provocavit, mirum profecto esset, si summus poeta, cuius tragoediam Thucydides ignorare vix potuit, eundem illum errorem commisisset. Ex Thucydidis igitur loco veri simile est, Sophoclem Dauliam finxisse Terei patriam. Posteros, cum de Thracibus audirent, Haemi et Rhodopes, Strymonis et Hebri semper meminisse non mirum est.

Ipsam vero fabulam a Sophocle Bacchi festo actam fingi vidimus. Ad Sophoclis Tereum alludere et illud Euripidis videtur: [153])

μονοτέκνου
Πρόκνης φόνον ἔχω λέξαι θυόμενον Μούσαις.

θύεσθαι ut *θυιάδες* ad divinum illum furorem pertinent cum Bacchi festis coniunctum, quorum et Musas partem habuisse poëta significat, minime hoc quidem mirum, cum Delphis maxime Musarum et Bacchi cultum coniunctum fuisse acceperimus. [154]) Iam vero videamus, quae illa fuerint „sacra trieterica Bacchi". Esse hos festos apud plurimas Graeciae civitates simillimis caerimoniis celebratos Ad. Rapp ostendit, idemque satis probabiliter ad Thraciam revocavit stirpem. Quare optimum erit exemplum festi Orchomenii, et huius

— [151]) A Thucydide pendent saltem ex parte Strab. VII, 7, 1, p. 321, IX, 3, 13 p. 423. Paus. X, 4, 6 (8); [fortasse etiam Conon narr. 31] quamquam alia quoque variis e rivulis hausisse videntur. v. infra. [152]) Quamquam Romani (v. Classen ad Thuc. locum) Alexandrinos certe poëtas secuti sunt. — [153]) Eur. Herc. 1021/2. — [154]) O. Mueller Orchomenos

trieterici, qui vocatur Ἀγριώνια, accurata apud Plutarchum Baeotum descriptio.[155] Bacchi tum sacerdos stricto gladio fugientes Aeolēas, quae a Minyae filiabus originem ducebant, persequebatur, ut siquam cepisset interficere ei liceret — id quod Plutarchi temporibus Zoilus sacerdos fecisse dicitur! Ipsae autem Minyae filiae, Leucippe Arsinoe Alcathoe, Leucippes puerum comedisse traduntur. Videtur igitur in Agrioniis illa *φυγὴ καὶ δίωξις*, sollemne sacrificium statim esse secuta. Huic vero veterem hominum immolandorum consuetudinem subesse, ex eaque et illos ritus explicari posse, Prellerus vidit.[156] Iam in Terei fabula, qualis fuerit apud Sophoclem, Welckerus adumbravit, esse et sacra trieterica Bacchi, et pueri immolationem; accedit mulierum, quae immolaverant fuga et insecutus vir: Tereus enim sacerdotis personam agit. Ad enim quid illa omnium in aves commutatio sibi vult? Haec quidem non est Bacchica, haec est aliunde illata; neque eludimur a Nicandro, quippe qui sua invicem e Terei fabula petiverit.

Fanaticum vero Bacchi cultum ut nostra aetate Lobeckius demonstravit a Thracibus venisse ad Graecos, ita et is Thracia illa sacra esse putavit, qui Terei res splendidissimis hisce coloribus primus exornavit. Ac posset etiam Dauliae cum Athenis coniunctio, Terei scilicet cum Pandionis filia nuptiis significata, explicari, non dicam ex fabula illa, quae suspicionem movet, Minervae vetus *ξόανον* a Procne Athenis Dauliam olim

p. 382. Rapp Dionysoskult. etc. p. alias. — [155]) Plut. qu. Gr. 38 *τίνες οἱ παρὰ Βοιωτοῖς Ψολόεις, κὰὶ τίνες Αἰολεῖαι; (τὰς Μινύου θυγατέρας φασὶ Λευκίππην καὶ Ἀρσινόην καὶ Ἀλκαθόην μανείσας ἀνθρωπίνων ἐπιθυμῆσαι κρεῶν, καὶ διαλαχεῖν περὶ τῶν τέκνων· Λευκίππης λαχούσης, παρασχεῖν Ἵππασον τὸν υἱὸν διασπάσασθαι· κληθῆναι δὲ τοὺς μὲν ἄνδρας αὐτῶν δυσειματοῦντας ὑπὸ λύπης καὶ πένθους Ψολόεις, αὐτὰς δὲ Αἰολείας οἷον ὀλοάς.) καὶ μέχρι νῦν Ὀρχομένιοι τὰς ἀπὸ τοῦ γένους οὕτω καλοῦσι. καὶ γίνεται παρ' ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς Ἀγριωνίοις φυγὴ καὶ δίωξις αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἱερέως τοῦ Διονύσου ξίφος ἔχοντος. ἔξεστι δὲ τὴν καταληφθεῖσαν ἀνελεῖν, καὶ ἀνεῖλεν ἐφ' ἡμῶν Ζωΐλος ὁ ἱερεύς κτέ.* Fabulam uberius tractaverunt Nicander (Heteroeum.) et Corinna ap. Ant. Lib. 10 [Ov. met. IV, 1—415]. Quod Nicander in aves commutatas esse Minyades dicit, est hoc ad Terei fabulae exemplum fictum, quo tempore metamorphoseis et maxime ornithogoniae omnibus placebant. — [156]) Preller, gr. Mythologie I, p. 429. — [157]) Paus.

adlatum esse,[157] sed ex Thyiadum Atticarum ad Bacchi festos in Parnasso celebrandos itineribus, quae etiam Dauliam attigisse videntur.[158]

Quam ob arctissimam Terei cum Bacchi festo coniunctionem, haud scio an non genuinam hanc esse Thraciam fabulam iudicaremus, nisi quam partem aliunde ortam alia testimonia probarent.

2.

Fabula de lusciniae facinore et querela ut prope ab omnibus totius antiquitatis poëtis est decantata, ita nobilissimi tres tragici in celebranda ea inter se certaverunt.[159] Atque gravissimus est Aeschyli in Supplicibus locus, qui primus Terei nomen exhibet.[160] „Crederes te audire vocem Terei uxoris illius detestabile consilium ausae, lusciniam dico, quam insectatur accipiter; quae a consueta fluminis ripa prohibita cum novam (amissi) domicilii miseriam queritur, tum filii mortem canit, quo modo ipsius manu per parricidium interierit, cum malae subierit matris iram.“ Iam igitur Aeschylus filium (cuius nomen Ityn notum ei fuisse vel Agamemnonis locus demonstrat)[161] a matre non casu aliquo infelici aut errore, (*δι' ἀφραδίας*), sed consulto necatum novit, qua in re congruit cum Sophocle, at dissentire videtur a prioribus poëtis. Terei fabulam ab Aeschylo propria tragoedia celebratam fuisse non nimiam verisimilitudinem habere vidimus.[162] Atque etiamsi

---

X, 4, 1 *Δαυλιεῦσι δὲ Ἀθηνᾶς ἱερὸν καὶ ἄγαλμά ἐστιν ἀρχαῖον· τὸ δὲ ξόανον τὸ ἔτι παλαιότερον* (!!) *λέγουσιν ἐπαγαγέσθαι Πρόκνην ἐξ Ἀθηνῶν.* — [158]) Paus. X, 4, 3 qui, ut eius consuetudo fert, ab ipsis Thyiadibus edoctum se dicit: *αἱ δὲ θυιάδες γυναῖκες μέν εἰσιν Ἀττικαί, φοιτῶσαι δὲ ἐς τὸν Παρνασὸν παρὰ ἔτος αὐταί τε καὶ αἱ γυναῖκες Δελφῶν ἄγουσιν ὄργια Διονύσῳ κτέ.* Cf. Rapp l. l. p. 7. — [159]) Tragicorum locos collegit Welcker gr. Tr. I p. 375/6. — [160]) Aesch. Suppl. 56 *δοξάσαι τις ἀκούειν | ὄπα τᾶς Τηρείας | μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου | κιρκηλάτου τ' ἀηδόνος· | ἅτ' ἀπὸ χώρων ποταμῶν τ' ἐργομένα |* (60) *πενθεῖ νέον οἶκτον ἠθέων | συντίθησι δὲ παιδὸς μόρον, ὡς αὐτοφόνως | ὤλετο πρὸς χειρὸς ἕθεν | δυσμάτορος κότου τυχών.* — [161]) Aesch. Ag. 1094. — [162]) Neque eam ob causam dubium illud fragmentum [Aesch.] 297 (Nauck) Aeschylo necessario est tribuendum, quod et

celebravit, non is est, quem totam fabulam, ut traditam reperiret, omnino commutasse putemus.

3.

Iam vero quae ex epicis Graecorum carminibus in nostrum usum sint convertenda, videamus. Rem sane difficilem quam brevissime expedire conabimur, quamquam permulta de ea possunt disputari.

In Odyssea igitur Pandareus bis nobis occurrit. Uno loco de eius filiabus agitur, quae parentibus orbatae ab omnibus deabus educatae et pulcherrimis animi corporisque dotibus exornatae sint. Sed eo ipso tempore, quo Venus Iovem aditura fuisset de virginum nuptiis, raptas eas a procellis (Harpyis) et Furiis ut servirent traditas esse.[163]) Altero loco Aëdon eiusdem filia, Ityli sui a Zetho principe filii dicitur mortem queri, quem quondam per errorem aut dementiam (δι' ἀφραδίας) occiderit.[164]) Ambarum sortem Penelope cum sua ipsius condicione ita confert,[165]) ut unum alterius imitatio esse videatur. Quin altera fabulae forma alteram excludere quodammodo videtur, neque cum simplici fabularum, earum certe, quae genuinae sunt et incorruptae, indole et natura ullo modo convenit, Pandarei unam filiam prorsus diversam habuisse condicionem quam sorores, quae ipsae inter se arctissime co-

---

ibi upupa vere accipiter esse, et apud Aeschylum (Suppl.) luscinia κιρκήλατος dicitur. Hoc enim omnibus non solum poëtis, sed omnino Graecis commune fuerit. Etiam de hac falsa opinione nonnulla optime dixit Welcker l. l. Ceterum et Hyginus f. 46 qui nonnulla proprie in sua narratione habet de solo accipitre, non de upupa mentionem facit, quamquam Aeschyli Supplices vix ipse legit! — [163]) Hom. υ. 66—78. 66/7: ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι | τῇσι τοκῆας μὲν φθῖσαν θεοὶ . . . 77/8 τόφρα δὲ τὰς κούρας ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο | καί ῥ' ἔδοσαν στυγερῇσιν Ἐρινύσιν ἀμφιπολεύειν. — [164]) τ 518—23. ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν | καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο . . . . παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον, ὅν ποτε χαλκῷ | κτεῖνε δι' ἀφραδίας, κοῦρον Ζήθοιο ἄνακτος. — [165]) Utrumque simile suo loco ineptum esse censent A. Kirchhoff Die homerische Odyssee [2] 1879 p. 524, 526 et U. d. Wilamowitz-Möllendorff „homerische Untersuchungen“ (1884) p. 63, qua de re certum iudi-

haerent — ut ne cum arte quidem Graecorum convenisse Polygnotus[166]) ostendit, qui in lescha quae vocatur Delphica duas Pandarei filias depinxit Camironem et Clytiam non Aëdonem. Quare duas fabulae formas in Odyssea legi puto fortasse diversis temporibus locisque ortas, quae vix unius poëtae esse possunt.

Ac Pandarei quidam nec nomen nec persona a Pandaro Lyciae heroe separanda sunt, cuius Pinarae in Lyciae urbe heroicum cultum fuisse testis est Strabo[167]) et qui Troici quoque belli fabulis (Ioniis) celebratur.[168]) Quaeque de hoc attulerunt Homeri scholiasta et Pausanias,[169]) excepto eo quod Aëdonis nomen intulit, mihi quidem non ea videntur, quae ex Homeri locis simpliciter ficta sint; premo Pandarei cum Tantalo societatem, canem ab illo ex Cretici Iovis templo surreptum et apud Tantalum depositum, Tantali ipsius poenam, quae a volgari fabularum forma ita differunt, ut vel eam ob causam fide digna esse censeam. Neque vero in vetustis illis Creticis fabulis, quae et Miletum spectant et Lyciam, cognitis illis iam Hesiodo[170]) commorari volo, ne totus in iis haeream. Iam Tantali enim illa commemoratio nobis ostendit, quo fere modo Pandareus ille in Boeotiam venire ibique filia eius cum Zetho, Amphionis fratre, coniungi potuerit. Ut enim in Asia (sive in Creta) Pandareus Tantali socius fuerat atque amicus, ita in Boeotia duorum fratrum alter Pandarei, alter Tantali filiam,

---

cium facere nolo. — [166]) Paus. X, 30, 1, 2 *τὰς Πανδάρεω θυγατέρας ἔγραφεν ὁ Πολύγνωτος . . . Πολύγνωτος δὲ κόρας τε ἐστεφανωμένας ἄνθεσι καὶ παιζούσας ἔγραφεν ἀστραγάλοις· ὄνομα δὲ αὐταῖς Καμειρώ τε καὶ Κλυτίη.* — [167]) Strab. XIV, 3, 5 p. 665 (*Πίναρα*) . . *ἐνταῦθα δὲ Πάνδαρος τιμᾶται, τυχὸν ἴσως ὁμώνυμος τῷ Τρωϊκῷ· ὡς καὶ „Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδών", καὶ γὰρ τοῦτον ἐκ Λυκίας φασίν.* — [168]) Notum est in *Διομήδους ἀριστείᾳ Ε* (105 et 173) eius patriam esse *Λυκίην*, contra in *ὁρκίων συγχύσει Δ* (103, 121) *ἱερῆς ἄστυ Ζελείης*, unde etiam navium catalogus sua hausit (prope Zeleam eius dicebatur tumulus: Posidipp. ap. St. B. s. v. *Ζέλεια*). Cf. Robertum in Prelleri myth. Graec.[4] p. 255 n. 1 et quem laudat B. Niese, homerische Untersuchungen p. 111 n. 2. — [169]) Paus. X, 30, 2 *τὸν δὲ Πανδάρεων Μιλήσιόν τε ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ὄντα ἴστω τις, καὶ ἀδικήματος ἐς τὴν κλοπὴν Ταντάλῳ καὶ τοῦ ἐπὶ τῷ ὅρκῳ μετασχόντα σοφίσματος.* Schol. Hom. (*υ.* 66) *τ* 518 (ubi vide). — [170]) Hes. cat. fr. 52

Nioben scilicet, in matrimonium duxit. Pandareus igitur una cum Niobe ex Asia in Boeotiam venit et utriusque domus fabulae arctissime olim inter se coniunctae fuisse videntur. Num vero Aëdon in Boeotia demum Pandarei filiabus addita sit, nescire me fateor.

De Boeotia autem fabulae forma docemur a Pherecyde,[171]) qui quamquam Odysseam respicit etiam ex aliis carminibus epicis, ut ceteroquin constat, sua hausisse potest. Secundum quem Aëdon Pandarei filia et Zethi uxor, cui unus esset filius Itylus et una filia Neïs, Niobes, cui sex liberi essent, filium invidia commota necare voluit, sed suum errore necavit (in uno enim cubiculo dormiebant).

At omnino aliam speciem nobis praebent Hesiodi carmina. Videndum primo de Dierum loco:[172])

τὸν δὲ μέτ' ὀρθογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν
ἐς φάος ἀνθρώποις, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.

quocum conferas quaeso Odysseae illud multo pulcrius:

ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη, χλωρηῒς ἀηδὼν
καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.

Dierum poëtam ante oculos habuisse Odysseae versus vix neget quispiam. Sed mutavit primo lusciniam in hirundinem, quamquam hanc avem quo modo *ὀρθογόην* (aut *ὀρθρογόην*)[173]) appellare potuerit poëta in promptu non habeo, cum de luscinia optime fuisset dictum. Forsitan, cum aliam fabulae formam poëta sane mediocris nosset, quae apud Homerum de luscinia legerat incautius transtulit ad hirundinem. — Deinde dicitur hirundo Pandionis filia, non ut ab Homero Pandarei.

Kinkel coll. Apd. III, 1, 2. — [171]) Pherec. fr. 102 ap. schol. Hom. τ 523 *τῇ Νυκτέως Ζεὺς μίγνυται. ἐξ ἧς Ζῆθος γίγνονται καὶ Ἀμφίων. οὗτοι . . . γαμεῖ δὲ Ζῆθος μὲν Ἀηδόνα τὴν τοῦ Πανδαρέου, τῶν δὲ γίνεται Ἴτυλος καὶ Νηΐς. Ἴτυλον δὲ ἡ μήτηρ Ἀηδὼν ἀποκτείνει διὰ νυκτὸς, δοκοῦσα εἶναι τὸν Ἀμφίονος παῖδα, ζηλοῦσα τὴν τοῦ προειρημένου γυναῖκα, ὅτι ταύτῃ μὲν ἦσαν ἓξ παῖδες. αὐτῇ δὲ δύο.* (schol. V. 518: *καὶ τῶν ἀνεψιῶν συντρεφομένων, ὅθεν καὶ συγκοιμᾶσθαι συνέβη κτέ*). *ἐφορμᾷ δὲ ταύτῃ ὁ Ζεὺς ποινὴν, ἡ δὲ εὔχεται ὄρνις γενέσθαι· καὶ ποιεῖ αὐτὴν ὁ Ζεὺς ἀηδόνα. θρηνεῖ δὲ ἀείποτε τὸν Ἴτυλον, ὥς φησι Φερεκύδης.* — [172]) Hes. O. et D. 568/9. — [173]) Utramque enim lectionem Proclus exhibet in schol. Hes. O. et D. 566 (Gaisford poëtae

Multo autem gravioris esset momenti alter Hesiodi locus,[174]) si integer exstaret (quem ex catalogo petitum esse coniecit Marckscheffel). Est autem apud Aelianum; qui initio obliqua oratione usus ex Hesiodo affert solam inter aves lusciniam somni non esse participem atque omnino insomnem; hirundinem contra non omnino esse insomnem, sed dimidium somni amisisse — tum directa pergit oratione: ‚hae autem poenas pendunt facinoris, quod in Thracia commiserunt, scilicet caenae illius nefariae'. Ac posterioris quidem partis potest sane nihil ex Hesiodo fluxisse, quamquam aliquam verisimilitudinis speciem habet fabula enarrata Hesiodum illius quam protulerat rei exposuisse causam.[175])

4.

Jam quae tragicis Graecis cum Hesiodo ratio intersit, quaerendum videtur; posthac etiam de Homero videbimus. Atque ex Aeschyli quidem illa in Supplicibus fabulae commemoratione, praesertim cum rem non accuratius explanasset, sed obiter tantum et quasi summatim attigisset, fabulam ea ipsa quam profert forma omnibus tum Atheniensibus satis fuisse notam concludi oportet. Et quia tragoedia aliqua de eodem argumento ante Supplices composita esse non videtur, equidem vix dubitem quin iam ante tragicorum aetatem poëta seu lyricus seu epicus rem ita tractaverit, ut Aëdonem Terei uxorem ira commotam occidisse Itylum filium diceret et post hoc facinus in lusciniam commutatam esse. Iam si consideraverimus lusciniam et hirundinem Graecis fabulis inde ab Hesiodi catalogo semper arctissime fuisse coniunctas, et Pandionis filiam iam in Diebus nominari hirundinem, et irae illius causam ea quam posteri praebent (Terei scilicet facinore) aptiorem facile

minores Graeci 1820 III, p. 275). — [174]) Hes. fr. 120 (Kinkel) = Ael. v. h. XII, 20: *λέγει Ἡσίοδος τὴν ἀηδόνα μόνην ὀρνίθων ἀμοιρεῖν ὕπνου καὶ διὰ τέλους ἀγρυπνεῖν. τὴν δὲ χελιδόνα οὐκ ἐς τὸ παντελὲς ἀγρυπνεῖν καὶ ταύτην, ἀποβεβληκέναι δὲ τοῦ ὕπνου τὸ ἥμισυ. τιμωρίαν δὲ ἄρα ταύτην ἐκτίνουσι διὰ τὸ πάθος τὸ ἐν Θρᾴκῃ κατατολμηθὲν, τὸ ἐς τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο τὸ ἄθεσμον.*
[175]) Ceterum ex Hesiodo Sappho transtulit hirundinem Pandionis filiam (fr. 88 Bergk); ex Diebus putat U. d. Wilamowitz, Aus Kydathen p. 132

nullam posse inveniri, summam totius fabulae iamdiu constitisse putabimus, cum Sophocles Tereum suum faceret.[175a]) Quare Marckscheffeli coniecturam actum esse iam in Hesiodi catalogo de Procnes et Philomelae facinore, itaque illa, quae Aelianus l. l. directa oratione addiderit, cum antecedentibus verbis coniuncta Hesiodo tribuenda esse, veri haud dissimilem esse censeo. Sed in uno haereo: utrum iam Hesiodus in Thracia (ut ait Aelianus) rem gestam dixerit (sive illa Dauliam sive propriam Thraciam hic significat), an hoc a scriptore Sophocleae tragoediae certe haud ignaro additum sit? Et fueritne pueri mactatio iam apud eum cum Bacchicis, ut apud Sophoclem, ritibus coniuncta, an vero potius ad nobilissimae Thyestae caenae imaginem efficta?

Sed restant Pausaniae et Strabonis loci, qui et volgatam opinionem referunt et ex alio fonte non Dauliam aut ipsam Thraciam Terei patriam dicunt, sed Megara. Locos infra apposui:

Strab. IX, 3, 13 p. 423.	Paus.
Δαυλὶς πολίχνιον, ὅπου Τηρέα τὸν Θρᾷκά φασι δυναστεῦσαι, καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ Πρόκνην ἐκεῖ μυθεύουσι — Θουκυδίδης δ' ἐν Μεγάροις φησί [? vice versa res se habet, cf. Thuc. II, 29; subest mirus aut Strabonis aut librarii error]	X, 4, 6(8) *ἐνταῦθα ἐν τῇ Δαυλίδι παραθεῖναι τῷ Τηρεῖ τὸν παῖδα αἱ γυναῖκες λέγονται.* I, 41, 8 (8.9) *ἐβασίλευσε δὲ ὁ Τηρεύς, ὡς μὲν λέγουσιν οἱ Μεγαρεῖς, περὶ τὰς Παγὰς τὰς καλουμένας τῆς Μεγαρίδος, ὡς δὲ ἐγὼ … δοκῶ… Δαυλίδος ἦρχε τῆς ὑπὲρ Χαρωνείας* (sequuntur multa de Megarensium fabula).
τοὔνομα δὲ τῷ τόπῳ γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση.	X, 4, 5(7) *τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένον, ὡς τὸ χωρίον, ἔνθα ἡ πόλις ᾠκίσθη, παρείχετο συνεχῆ δένδρα, καλεῖσθαι δὲ τὰ δασέα ὑπὸ τῶν πάλαι δαῦλα* (sequuntur huius usus testimonia)

n. 52. — [175a]) Quam sententiam meam probant duo vasa picta, quae Sophoclis Tereo antiquiora esse videntur neque omnino a tragoedia aliqua pendere possunt; altera B. d. J. 1878 p. 204 sq. (W. Helbig) [*ΙΤΥΣ* et *Α.ΕΔΟΝΑΙ*]

Hoc ex conspectu apparet Strabonem et Pausaniam eundem secutos esse fontem, aut, si non ipsos, at certe eorum auctores. Ac Strabo quidem quin ex Apollodori de navium catalogo libro hauserit, postquam B. Niese demonstravit, nemo dubitet; eundem Pausanias fontem adiisse videtur, qui simul tamen Megaricum quoque auctorem sequi potuit eundem, quo Apollodorus usus est.

Certe alter Pausaniae locus[176]) gravissimus est, quo Pandionem et Tereum Megaris heroico cultu honoratos dicit, idque ex fonte vix spernendo haustum, si quidem Apollodorus eo uti dignatus est. Atque eius modi cultus non recentiore demum aetate poëtarum gratia excogitatos et institutos esse inter omnes constat. Iam vero Pandionem in regibus Atticis enumerari notum, eiusque regno Atticam cum Megaris in fabulis fuisse coniunctam.[177]) At quaero, quo tandem tempore, quamquam Athenienses inde a Solonis aetate semper terram sibi vindicaverunt, Megarenses ab his heroëm accipere eiusque cultum retinere potuerint, cum tantum inde ab eo tempore, quo Atheniensium vicini erant facti et aliqua eis cum his res fuit, odium in eos concepissent? Antea vero quae receptionis causa potest

---

altera A. d. J. 1863 tav. d' agg. C. In his enim Itys consulto mactatur a mulieribus (aut ab una muliere), non per errorem interficitur. Adde Alcamenis opus in arce Athenarum positum: Paus. I, 24, 3. *Πρόκνην δὲ τὰ ἐς τὸν παῖδα βεβουλευμένην αὐτήν τε καὶ τὸν Ἴτυν ἀνέθηκεν Ἀλκαμένης.* (Haec C. Roberto debeo). — [176]) Paus. I, 41, 6 (6) (e Megarorum arce descendentibus conspicitur) *Πανδίονος . . ἡρῷον. καὶ ὅτι μὲν ἐτάφη Πανδίων ἐν Αἰθυίας Ἀθηνᾶς καλουμένῳ σκοπέλῳ, δεδήλωκεν ὁ λόγος ἤδη μοι* (I, 5, 3)... *τιμὰς δὲ καὶ ἐν τῇ πόλει παρὰ Μεγαρέων ἔχει.* 7 (7): *πλησίον δέ ἐστι τοῦ Πανδίονος ἡρῴου, μνῆμα Ἱππολύτης....* 8. 9. (8. 9.): *τούτου δέ ἐστιν οὐ πόρρω τάφος Τηρέως τοῦ Πρόκνην γήμαντος τὴν Πανδίονος* (v. supra) ... *ἐπεὶ δὲ ἦν καὶ Τηρεῖ τὰ ἐς Φιλομήλαν ἐξειργασμένα καὶ τὰ περὶ τὸν Ἴτυν ὑπὸ τῶν γυναικῶν, ἑλεῖν σφας ὁ Τηρεὺς οὐκ ἐδύνατο. καὶ ὁ μὲν ἐτελεύτησεν ἐν τοῖς Μεγάροις αὐτοχειρίᾳ, καί οἱ τάφον αὐτίκα ἔχωσαν καὶ θύουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος, ψηφῖσιν ἐν τῇ θυσίᾳ ἀντὶ οὐλῶν χρώμενοι, καὶ τὸν ἔποπα τὸν ὄρνιθα ἐνταῦθα φανῆναι πρῶτον λέγουσιν. αἱ δὲ γυναῖκες ἐς μὲν Ἀθήνας ἀφίκοντο κτέ.* Cetera leviora; Megarica fabula male coniuncta cum Attica. Pandionis et Terei Megaris cultus, Tereique Pagis regnum sola sunt tenenda. Post quintum vero saeculum Attica fabula ignorari aut neglegi ne a Megarico quidem auctore potuit. — [177]) De Pandione cf. U. d. Wilamo-

fingi? Quare Pandionis personam, si non Atheniensibus et Megarensibus ex antiquissimis temporibus communem, Megaris puto ortam, inde ab Atheniensibus receptam esse et vel inter reges relatam, quo Megarem sibi iure deberi ostenderent. Ac receperunt opinor Solonis aetate, certe ante Clisthenem, qui unam e decem novis phylis Pandionidem nominavit. Una vero cum Pandione Tereus quoque receptus est. Atque de Aeschylo quidem dubitari potest, quae ei fabulae forma obversata fuerit, Megaricane an, id quod multo mihi magis placet, Attica; at certum est Sophoclem, ut ‚Aegeo' Pandionis Atheniensis filiorum regna distinxisse, ita ‚Tereo' Atheniensis Pandionis cum Thrace Tereo societatem celebrasse.

Iam igitur mihi liceat omnia quae adhuc disputavi quaeque ex parte in tanta antiquorum monimentorum ruina admodum esse incerta minime ignoro, quantum quidem possum sub unum conspectum vocare. Megaricam igitur fabulam fuisse dico de Tereo et Pandione, ab ea, quae etiamnunc per Ovidii pulcherrimam narrationem omnibus nota est, non nimis diversam; eamque catalogo Hesiodeo aut alio carmine Aeschylo anteriore celebratam. Atque etiamsi quid illi Athenarum cum Daulide coniunctioni, cuius in Bacchi maxime cultu vestigia nonnulla vidimus, est tribuendum, nihilo minus haec ab Atheniensibus demum addita est; antea non de Dauliae cum Athenis, sed de Megarorum cum Pagis, ubi Tereus regnasse dicitur a Pausania, ratione agebatur. Ac si Tereus cum Dauliae illis Thracibus non cohaesit, num omnino genuinus fuerit Thrax dubium certe est, cuius opinor nulla iam vestigia remanent.

Iam vero quomodo haec cum vetere illa fabula Boeotia, quae Asiaticam originem prae se fert, sint coniungenda, difficile est dictu. Pandioni certe nihil est commune cum Lycio illo Pandareo.[178] Quamquam in eius modi fabulis (nos dicimus Maerchen) ut est ea de luscinia, hirundine, upupa non negem satis fuisse nominum similitudinem, ut alia gens ab alia finitima, Megarenses a Boeotis, transferret. Quod Athenienses ad

witz, Aus Kydathen p. 132/3. — [178]) U. d. Wilamowitz l. l. p. 133 Pandionem Pandiorum Attici festi ἐπώνυμον esse censet.

Thraces detulerunt rem et Tereum ipsum Thracem fecerunt, ei mirum non erit, qui barbarorum linguam ab iis saepissime cum avium vocibus comparatam esse meminit.

Num igitur universa haec de Tereo disputatio, quam id ipsum agentes, ut ad Thracias res aliquam lucem afferremus, instituimus, nihil ex tota fabula ad nostrum propositum pertinere ostendit? Non equidem credo, sed iam supra monui in Graecorum fabulis diversis temporibus et locis ad eandem saepe personam permulta eaque inter se diversissima referri; quamvis non nulla eius, quae adhuc fuisset, huius personae vis et indolis ratione habita, sive illius primariae sive iam multifariam immutatae. Sed singula illa per se ipsa, etiamsi ad genuinam eius cui attributa sunt personae imaginem vixdum quadrant, nonnunquam gravissima sunt et eiusmodi, quae accuratam rerum scientiam nobis obscurarum prae se ferant. Sic ex Terei quoque fabula, qualem Sophoclis Tereus, cum esset integer, repraesentavit, etiamsi Tereus genuinus Thrax non fuit, illud certe discimus Athenienses quinto saeculo pro certo habuisse primum fuisse quondam Dauliae in Phocide Thraces (quamquam cf. p. 40), deinde Bacchi cultum Thracibus esse adscribendum ea ipsa forma, quae illa aetate plurimis Graecorum civitatibus esset communis. Denique si Tereum iam ipsum spectas, qualem Sophocles informaverit, est certe barbarus, si quis alius, indole et moribus, ferocia cupiditate violentia; neque alius generis Thracem depingere voluisse Sophoclem constat, quam eius, quos etiamtum Graeci illius similes cognovissent.

II.

Iam vero quae apud historicos Graecos de Thracum in media Graecia sedibus, Boeotiis maxime et Phocaicis, tradita sint, videamus, quippe quorum testimoniis maior quaedam fides inesse videatur quam levibus illis poëtarum fabulis, quamquam in eius modi rebus, quarum quinto et quarto saeculo vix fama remanserat, historicos quoque poëtarum testimoniis, quae ple-

rumque unica fuerant, multum tribuere necesse erat et tribuisse constat. Quibus addenda, si quae inveniantur antiqui rerum status vestigia cum volgaribus fabulis nullo omnino nexu coniuncta, eo illa certiora, quia earum commutationum, quas notissima quaeque fabula maxime est passa, partem nullam habuerunt. Plurima vero ex iis, quae huc pertinent, iam Odofr. Mueller[179]) optime collegit.

Ac primum quidem Hellanicus[180]) (apud Ulpianum in scholiis Demosthenicis) Orchomenum narravit Minyarum urbem a Thracibus aliquando captam esse. Expulsos vero (ex scholio ipso et alias obscuro non potest certo diiudicari, utrum Minyas a Thracibus expulsos, an Thraces postea rursus a Minyis eiectos significare voluerit) Athenas venisse, iisque a Municho (Athenarum) rege permissum esse, ut eo loco, quem iam in regis honorem Munichiam nominassent, considerent.[181]) — Ac Thraces quidem Munichiam venisse putat U. de Wilamowitz,[182]) cum illius scholii sensus Minyarum potius partem significare videatur. Sed quoquo modo res se habet, illud vix poterit dubitari, quin Thraces olim Orchomenum ceperint. Quamquam diu tenuisse veri simile non est; aut paullo post eiecti sunt aut sponte dirutam urbem reliquerunt; conferas Romam a Gallis vel Sardes a Cimmeriis captas. Possunt autem Thraces illi et ex Boeotia ipsa venisse et e septentrionalibus, quas postea

---

[179]) C. O. Mueller, Orchomenos p. 379—91. — [180]) Hellan. fr. 71. *ἐκλήθη δὲ Μουνίχιον, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος, παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου, λέγων ὡς* (*λέγοντος* Scribe) *ὅτι θρᾷκές ποτε στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον τῆς Βοιωτίας ἐξέβαλλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν. οἱ δὲ ἐξαναστάντες ἦλθον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Μουνίχου βασιλέως. ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον, τὸν περὶ τὴν Μουνιχίαν, ὅστις ἐπωνομάσθη παρ' αὐτῶν εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως.* — [181]) Cf. Harpocr. s. v. *Μουνιχία· Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἀτθίδος ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνίχου τινὸς βασιλέως τοῦ Πανταχλέους.* De Municho Athenarum rege cf. A. Schäfer, Abriss der Quellenkunde I [3] p. 18. — [182]) U. d. Wilamowitz, Aus Kydathen p. 137/8 n. 62, qui Munichum illum cum Munito, Acamantis (Hegesipp. Miles. I ap. Parth. 16) aut Demophontis (Plut. Thes. 34) ex Laodice, Priami filia, filio [aut, id quod idem fere significat, Thesei, patris illorum, comite] coniungit [C. I. G. IV, 18 a] neque vero fabulam totam de Munichi partu et morte [quam prope Olynthum obiisse dicitur) ante medium quintum saeculum ortam esse censet.

solas tenuerunt, sedibus. De tempore nihil constat, attamen post Iliadis demum poëtam Orchomenus expugnata esse videtur; vix enim potuit postea Homerus dicere de urbis opibus ac divitiis (*I* 381).

οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσσεται, οὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας . . . [182a])

De Thucydidis vero loco iam supra dicendum fuit. Qui non in eadem Thracia Terei, qua Teris Odrysae, Thraces fuisse monet, sed Dauliae in Phocide. Thraces autem utrique fuerunt ex Thucydidis sententia, neque summum auctorem Dauliae Thraces Graecos, Odrysas contra barbaros Thraces subintellegendos a lectoribus voluisse verba ipsa demonstrant. *Οὐδὲ τῆς αὐτῆς Θρᾴκης ἐγένοντο* locorum diversitatem indicat, nec quidquam aliud; videtur Thucydidis temporibus Terei sedes a multis ficta esse apud Odrysas.[183]) Quare si ex huius loci interpretatione U. d. Wilamowitz duo Thracum genera distinguenda esse indicavit, viri docti sententia probari nullo modo potest.[183a])

Post Thucydidem quae Ephorus contexuit, facile ea quidem sunt dissolvenda[184]), ut, quae tradita acceperit, videamus. Ex hoc enim Strabo[185]) sua de antiquis Boeotiae rebus deprompsit. Narrat Cadmeos post Thebas dirutas (i. e. post Epigonorum quod dicitur bellum) rediisse in patriam; reduces autem per Thraces et Pelasgos denuo fugatos in Thessaliam migrasse ibique cum Arnaeis coniunctos unum Boeotorum populum effecisse. Ac quo tempore Aeoli sub Orestis filiis Aulide in naves descendissent novam patriam quaesituri, illos Boeotiam invasisse et foederatos cum Minyis Orchomeniis Pelasgos in Atticam eiecisse, ubi apud Hymettum conse-

— [182a]) Aliter rem intellegit A. d. Gutschmid, Beiträge zur Geschichte des alten Orients 1858 p. 134. — [183]) Causam bene explicavit O. Abel „Makedonien" p. 83 sq., quem posteri omnes secuti sunt. — [183a]) U. d. Wilamowitz l. l. p. 129 „auch wir, die wir ja wohl den schon von Thukydides gerügten Irrthum los sind, diese Thraker" [de Eleusiniis disputat] „mit den Verehrern des Sabazios und Heros, der Bendis und Kotytto zusammenzuwerfen, erkennen eine Bevölkerung . . . . Ueber die Abstammung dieses hellenischen Volkes weiss ich durchaus nichts etc. — [184]) Ut iam O. Mueller dissolvit l. l. p. 385/6. — [185]) Strab. IX, c. 2 in.; § 3—5 (p. 400—3);

dissent, Thraces ad Parnassum. — Ac Pelasgos quidem illos Atticos ex (Hecataeo et) Herodoto sumpsit, Thraces vero ad Parnassum habitantes ex Thucydide aut aliunde; quae ad coniungendas res attulit, ex suo peculio addidisse videtur, neque est cur his quidquam tribuamus. Neque aliter accipienda est illa de Thracio invento (*Θρᾳκία παρεύρεσις*) narratio; nihil enim est nisi proverbii illustratio.[186]). Neque igitur novi inde quidquam discimus nisi ex Ephori sententia etiam Boeotiam aliquando a Thracibus occupatam fuisse; eosque ei Thraces non minus perfidos et fallaces fuisse quam eos, quos Thucydides et Xenophon nobis depinxerunt.[187])

His testimoniis exigua nonnulla Thracum vestigia addam. Primum cum Muellero[187a]) confero Thracidarum gentem Delphicam. (*Θρακίδαι* sine *ι* subscripto apud Diodorum,[188]) sed invenitur etiam nomen *Θρᾳκίδας* cum *ι* subscripto (vel adscripto) in titulo Delphico.[189]) Thraces igitur eosdem quos Dauliam etiam Delphos tenuisse verisimile est.

Deinde Erythris quoque in Ioniae urbe Thraces fuisse O. Mueller optime vidit.[190]) Est profecto res satis mira. Narrat enim Pausanias[191]) *ἱερὸν λόγον*, ut Graeci dicunt, Herculis apud Erythraeos fani, cuius solis Thraessis aditus pateret.[192]) Dei enim simulacrum cum Tyro rate esset advectum et in *Μεσάτῃ ἄκρᾳ* Chium inter et Erythras haesisset, iamque Chii et Erythraei in suam utrique terram trahere deum conarentur, Erythraeis somnio (quod caecus homo vidisset) nuntiatum esse posse eos fune, quam ipsorum mulieres e crinibus suis essent facturae, deum ad se trahere. *‚Αἱ μὲν δὴ ἀσταὶ τῶν γυναικῶν οὐδαμῶς ὑπακουειν τῷ ὀνείρατι ἐβούλοντο, ὁπόσαι δὲ τοῦ Θρᾳκίου γένους ἐδούλευον καὶ οὖσαις σφίσιν ἐλευθέ-*

---

citatur Ephorus § 2 in. § 4 in. — [186]) Strabone accuratius rem narrat, et is certe ex Ephoro, Polyaen. VII, 43. — [187]) Ad nocturnam illam Thracum incursionem conferas Thynorum exemplum Xen. anab. VII, 2, 22 (*θυνοὶ πάντων λεγόμενοι εἶναι μάλιστα νυκτὸς πολεμικώτατοι*). — [187a]) l. l. p. 380. — [188]) Diod. XVI, 24, 3 *Θρακίδαι καλούμενοι τῶν Δελφῶν*. — [189]) Nomen *θρᾳκίδας* ex Wescheri et Foucarti insct. D. 219 attulit Pape Wörterb. griech. Eig. s. h. v. — [190]) l. l. 388. — [191]) Paus. VII, 5, 3 (5—8). — [192]) *Ἔσοδός τε δὴ ταῖς Θρᾳσσαις ἐς τὸ*

ραις ἦν ἐνταῦθα βίος, ἀποκεῖραι παρέχουσιν αὐτάς. Sic Erythraeos voti compotes factos esse. Ac totam hanc narrationem ad ipsa posteriorum temporum instituta fictam esse apparet itaque haec ipsa instituta accurate reddere. Ad nostram vero rem maximi est momenti Thraces fuisse Erythraeorum partem, et fuisse illorum et servos et liberos, qui tamen et ipsi a civibus essent diversi (inquilini, *μέτοικοι*). Apte cum Achaeis Laconicae incolis partim Perioecis partim Hilotis conferas. Sunt autem Erythrae, quamvis Ioniae coloniae pars, a priscis Boeotiae maxime incolis conditae. Cuius (totius) coloniae participes fuisse Minyas Orchomenios et Cadmeos vel ex Herodoto notum est.[193]) Conditorem Pherecydes dicit Cnopum, Codri filium non legitimum, sed nothum (id quod satis iam per se non mere Ioniam coloniam coarguit;)[194]) qui ipse a Cnopia Boeotiae loco[195]) denominatus esse videtur. Quin tota urbs Erythrarum Boeotiarum colonia dicitur.[196]) Cum Cadmeis igitur Thraces quoque in Asiam venisse veri simile est; nam si e Cimmeriorum et Thracum in Asiam incursionibus essent relicti, quo tandem modo tam arcte cum Graecis coniungi potuissent, ut in Graeca urbe sua iura suosque deos haberent, difficile esset dictu.[197]) —

Neque vero Aristotelis testimonium praetermittendum est, qui Thraces Abis ex Phocidis oppido profectos Euboeam incoluisse et iis, qui antea tenuissent, Abantum nomen indidisse tradidit.[197a]) Thraces quin Abis in Euboeam aliquando migraverint, equidem causam video nullam, quod dubitem;[198]) totam vero

Ἡράκλειόν ἐστι γυναικῶν μόναις (καὶ τὸ καλῴδιον τὸ ἐκ τῶν τριχῶν καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι οἱ ἐπιχώριοι φυλάσσουσιν). — [193]) Hdt. I, 146. — [194]) Pherec. ap. Strab. XIV, 1, 3 p. 632/3 (pertinet ad fr. 111) *Ἐρύθρας δὲ ἔκτισε Κνῶπος, υἱὸς Κόδρου νόθος.* — [195]) Strab. IX, 2, 10 p. 404. *Κνωπία* locus dicitur prope Thebas. — [196]) Strab. IX, 2, 12 p. 404. — [197]) Quae vera Herculis a Thraessis culti causa fuerit, ignoro; sed Tyrius Hercules Herodotum redolet. Est enim auctor rei Pausanias! — [197a]) Aristot. ap. Strab. X, 1, 3, p. 445: *φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς θρᾷκας ὁρμηθέντας ἐποικῆσαι τὴν νῆσον καὶ ἐπονομάσαι Ἄβαντας τοὺς ἔχοντας αὐτήν.* — [198]) Quamquam A. Riese jhb. 1877 l. l. Abantes Thraces fuisse ideo negat, quia Pausanias ipsos Abarum incolas Argivam originem profiteri affirmavit. Neque vero quemquam ignorare opinor, quid illi *ὡς λέγουσιν*

Abantum gentem Thraciam fuisse ne credamus, multa obstant. Videtur enim Elephenor Chalcodontis filius Abantum in bello Troico dux, quamquam Homerus ante Troiam eum cecidisse dicit, epicis de Graecorum reditu carminibus vel nostis (non dico Agiae Troezenii nostis) celebratus et cum variis illis fabulis ad antiquas Graecorum in Ionii maris litore sedes spectantibus coniunctus fuisse. Sed hoc loco ad ea, quae de hoc toto fabularum genere U. de Wilamowitz nuper optime disputavit, relegare lectores meos satis mihi habendum est.[199])

Restat celeberrimus Strabonis locus de Thracum apud Olympum et Heliconem sedibus,Thracioque Bacchi et Musarum cultu musicaque a Thracibus (et Phrygibus) maxime exculta, Thraciisque insuper vatibus (X, 3, 17, p. 471). Ab hoc et altero eiusdem loco (IX, 2, 25 p. 410), ut de Pausania taceam, tota de Pieribus illis Thracibus quaestio oritur. Neque vero de hac difficillima re certum adhuc iudicium ferre audeo. Multa certe tradita sunt fide non digna; nec tamen omnia cum Rieseo reicienda atque neganda videntur. In omnibus hisce tradendis plurimum certe valuerunt Orphici. Neque igitur, quae tradita sunt, recte possumus aestimare sine accurata horum notitia. Sed hac in re vel post Lobeckium obscura mansisse satis multa nemo neget (cf. U. d. Wilamowitz, Kydathen 131). Ac maxime quidem nobis opus esse videtur Orphicorum et carminum et doctrinarum et fabularum historia. Hinc praesertim ad poëtas illos qui vulgo dicuntur Thracios aliquam lucem afferri posse vel unum Eumolpi, de quo antea

---

οἱ δεῖνα apud Pausaniam sit tribuendum: est hoc quoque ad insipidam illam Herodoti imitationem revocandum. Quod A. Riese ea de causa coniecit Abantes ab Aristotele Thraces factos, quod Thamyris Thracius vates aliquando in Euryti, Oechaliae regis, regiam devertisse dicitur in Euboea sitam, Aristotelem vix credam tali suspicione dignum esse. — [199]) U. d. Wilamowitz, homer. Untersuchungen (1884) p. 170 sqq. Quamquam Abantes ab Amantinis seiungendos esse Scymnus, qui barbaros dicit Amantinos, vix probat; appellavit Thucydides quoque Epiroticas gentes barbaros! Ipse Wilamowitzius ostendit et Euboeos illa regione consedisse et Elephenorem Abantum regem ibi quoque eorum ducem appellatum esse. — Ceterum de Abantibus conferendus est Giseke, thr. pel. Stämme p. 54—6, qui e Thracia eos venisse putat, et Crusius in Roscheri lex. mythol. s. v. Aba. —

egimus, exemplum probaverit. Unum etiam ad nostram rem ex Orphicis eius modi studiis captum iri fructum spero, ut remotis sane multis, quae veteres et nostrae quoque aetatis viri docti ad Thraces falso retulerunt, iis quae remanebunt confidentius paullo uti possimus ad illorum, qui in Graecia olim fuerunt, Thracum imaginem restituendam.

III. DE PHINEO ET DE THRACIBUS ASIATICIS.

A.

Nobilissima de Phineo et Harpyis fabula cum vetusta illa de Argonautarum itinere cohaeret et similiter atque haec tradita nobis est: integram habemus apud Apollonium Rhodium, sed huius maxime optima scholia et Apollodori variarum, ut ita dicam, lectionum satura de diversis fabulae formis nos edocent, de tragoediis ad hoc argumentum certe si quod aliud tragicum pertinentibus, de recentiorum scriptorum mutationibus, denique id quod summum est de veterum epicorum carminum argumentis. A quibus Apollonium non multum quidem dissentire videbimus, cum maiores cum tragicis discrepantiae in eo inveniantur. Quare primo omnino dicendum videtur de epicis carminibus inde ab Hesiodo usque ad Apollonium, deinde de tragoediis et qui eas sequuntur scriptoribus.

1.

Phineum Hesiodus dicit Phoenicis Agenoris f. et Cassiopeiae Arabi f. filium; Cilicis Dorycli [Atymni] fratrem.[200]) Caecatus est secundum Magnas Eoeas, quia Phrixo viam monstrasset, secundum tertium catalogi librum, quia longam vitam

[200]) Hes. ap. schol. L(aurent.) Ap. Rh. II, 178: *ὡς δὲ Ἡσίοδός φησιν, Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος καὶ Κασσιεπείας* [sc. *Φινεύς ἐστιν*], (*ὁμοίως δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης κτέ*) *ἐκ δὲ Κασσιεπείας τῆς Ἀράβου Φοίνικι γίνεται Κίλιξ καὶ Φινεὺς καὶ Δόρυκλος*. Hoc postremum quoque ex Hesiodo petitum verisimile est ex Hes. cat. fr. 43 Ki. (Strab. I, 42), ubi Arabi,

videndi facultati praetulisset.[201]) Atque etiam Harpyiarum mentio facta erat, quas Zetes (et Calais) usque ad insulas ab horum conversione Strophades nominatas essent persecuti. Conversos enim Iovem Aeneïum eos rogasse, ut capere sibi Harpyias contingeret, sed Mercurii iussu destitisse a proposito.[202]) Filii denique Phinei dicuntur Thynus et Mariandynus.[203])

Harpyiae vero in Hesiodi Theogonia dicuntur Aëllo et Ocypete Thaumantis et Electrae Oceanitidis filiae.[204]) In eiusdem cuius ibi solum mentio fit carmine *γῆς περίοδος* Phineum (in Scythiam) ad Glactophagos abductum fuisse ab Harpyis Ephorus tradit. — Naupactiorum vero poëta confugisse eos dicit in Cretae antrum sub Arginunte colle situm.[205])

Carminum heroicorum instar vetusta illa sunt artis monumenta, quantum quidem Pausanias certus eorum est interpres: Cypseli dico cistam et solium Amyclaeum. In utroque Aquilonis filii Harpyias a Phineo fugantes ficti erant.[206])

Hesiodum in fabula enarranda secutus est Antimachus, qui Phinei maiores eosdem dixit et eodem modo Strophadum,

---

Mercuri f., filiae i. e. Cassiopeiae, mentio fit.. — [201]) Hes. fr. 162. 75 Ki. (schol. Ap. Rh. II, 181) *πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις, ὅτι Φρίξῳ τὴν* (*εἰς Σκυθίαν* addit schol. Par.) *ὁδὸν ἐμήνυσεν, ἐν δὲ τῷ γ̄ καταλόγων, ἐπειδὴ τὸν μακρὸν χρόνον τῆς ὄψεως προέκρινεν* (De Eoeis cf. A. Kirchhoff, homer. Odyssee p. 322/4). — [202]) Schol. Ap. Rh. II, 296 = Hes. fr. 80 *οἱ δὲ Στροφάδας φασὶν αὐτὰς κεκλῆσθαι, καθὸ ἐπιστραφέντες αὐτόθι ηὔξαντο τῷ Διὶ καταλαβεῖν τὰς Ἁρπυίας. κατὰ δὲ Ἡσίοδον οὐ κτείνονται* coll. fr. 78 (ibid. 297) *ὅτι δὲ ηὔξαντο οἱ περὶ Ζήτην τῷ Διὶ στραφέντες λέγει καὶ Ἡσίοδος· ‚ἔνθ' οἵ γ' εὐχέσθην Αἰνηΐῳ ὑψιμέδοντι'. ἔστι γὰρ Αἶνος ὄρος τῆς Κεφαλληνίας, ὅπου Αἰνησίου Διὸς ἱερόν ἐστιν.* — [203]) Qua de re v. infra p. 70, n. 258. — [204]) Hes. Theog. 265 sqq. [Apd. I, 9, 21, 6 Ocypeten ab Hesiodo Ocypoden nominari dicit. id quod nescio an satis causae sit, ut cum Kinkelio totum Apollodori locum ad catalogum Hesiodi referamus [fr. 77]]. — [205]) Hes. fr. 221 ap. Strab. VII, 3, 9 p. 302: *Ἡσίοδον δ' ἐν τῇ καλουμένῃ γῆς περιόδῳ τὸν Φινέα ὑπὸ τῶν Ἁρπυιῶν ἄγεσθαι· ‚Γλακτοφάγων ἐς αἶαν ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων.'* (Quod carmen Ed. Schwartz, De Dionysio Scytobrachione 1880 p. 30 n. 1 pro catalogi vel Eoearum parte habet.) — Naupact. fr. 3 = schol. Ap. Rh. II, 298 sqq. *ὁ δὲ τὰ Ναυπακτικὰ ποιήσας . . . εἰς τὸ σπέος αὐτὰς φυγεῖν τῆς Κρήτης τὸ ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ Ἀργινοῦντι.* — [206]) In Cypseli cista ap. Paus. III, 18, 8 (15): *Κάλαϊς δὲ καὶ Ζήτης τὰς Ἁρπυίας Φινέως ἀπελαύνουσιν.* — In solio Amyclaeo ap. Paus. ν̄, 17, 4 (11) *Φινεύς τε ὁ θρᾷξ ἐστί,*

quae antea Plotae nominatae essent, mentionem fecit.[207] Ne apud eum quidem Harpyiae necantur.[208]

Iam de Apollonio videamus.[209] Apud eum Phineus in Thraciae litore incolit ab occidente Bospori.[210] Est autem Agenoris filius, ut apud Hellanicum,[211] non, ut Hesiodus dicit, Phoenicis. Uxorem duxit Cleopatram Zetae et Calais sororem[212] Aquilonis et Orithyiae Erechthei filiae filiam, quae omnia quinto saeculo vix esse antiquiora supra vidimus.[213] Fuerat Thracum rex[214] et ab Apolline vaticinationis donum acceperat; accepto vero abusus est, cum Iovis consilia nulla dei ratione habita evolgaret. Qua de causa longam ei senectutem Iuppiter dedit, sed oculorum luminibus privavit et insuper Harpyias apposuit, quae cibos a finitimis vaticiniorum gratia ei allatos tollerent aut perderent.[215] Ex oraculo autem ab Aquilonis filiis uxoris eius fratribus auxilium ei fuit destinatum.[216] Cum igitur Argonautae ad Phineum venissent ab eoque hospitio excepti essent, Zetes et Calaïs Harpyias modo cibos diripientes insecuti sunt usque ad Plotas insulas, ubi iam in eo erat ut caperent et gladiis interficerent. Sed Iris retinuit, ac reversi sunt Aquilonis filii, unde Strophades insulae denominatae. Harpyiae iam in occultum Cretae locum aufugerunt,[217] Phineus vero his monstris liberatus Argonautis iter ostendit et ex vaticinandi facultate consilia dedit.[218]

Ex epicis carminibus maior etiam eorum pars fluxit, quae apud quinti et quarti saeculi scriptores de fabula nostra hic illic inveniuntur. Ac de iis quidem, quae ad historicam Phinei vim solam spectant, infra dicendum erit, imprimis de eius

---

καὶ οἱ παῖδες οἱ Βορέου τὰς Ἁρπυίας ἀπ' αὐτοῦ διώκουσιν. — [207]) Antim. ap. schol. Ap. Rh. II, 178. — [208]) Antim. ibid. II, 296: *Στροφάδας φησὶ* [i. e. *Ἀπολλώνιος*] *κεκλῆσθαι διὰ τὸ τοὺς Βορεάδας αὐτόθεν ὑποστρέψαι στραφέντας εἰς τοὐπίσω, λαβὼν παρὰ Ἀντιμάχου.* (Hes. quia ad Iovem rogantes se converterunt.) — Ibid. 297: *μέμνηται δὲ (τῶν Πλωτῶν) καὶ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ.* — [209]) Ap. Rh. II, 178 sqq. — [210]) Qua de re v. infra p. 71/2. — [211]) Hellan. fr. 38. — [212]) Ap. Rh. II, 238/9 *τῶν δὲ* (sc. *Βορέαο υἱέων* v. 234/5) *κασιγνήτην . . . | Κλειοπάτρην ἕδνοισιν ἐμὸν δόμον ἦγον ἄκοιτιν.* — [213]) V. p. 10. — [214]) V. 238: *ὅτ' ἔνι Θρῄκεσσιν ἄνασσον.* — [215]) V. 178 sqq. — [216]) V. 234/5. — [217]) V. 298/9 *αἱ μὲν (Ἅρπυιαι) ἔδυσαν κευθμῶνα Κρήτης Μινωΐδος.* — [218]) V. 240—300. — [219]) Pherec. fr. 69

regni situ et filiis. — Quae Pherecydes de Harpyiarum fuga et persecutione et Phinei ipsius maioribus tradit omnia cum Hesiodi aut Naupactiorum fragmentis conveniunt.[219] Hellanicus Agenorem patrem, non avum fecit Phinei.[220] — Ister Phrixi filios tradidit Phinei vaticiniis esse conservatos eamque ob causam Solem Aeetae devotionibus morem gerentem illum caecasse. Similia alii tradiderunt de Phrixo,[221] Hesiodi, ut videtur, catalogum secuti.

Sed in hac quoque fabula quia multa commutaverunt tragici, ad eos iam transeundum est, quo melius, quae genuina fuerint, ab iis, quae postea addita sint, distinguamus.

2.

Quamquam Aeschylus primus videtur fabulam nostram tragoedia celebrasse, tamen quia de Sophocle plura comperta habemus, cum eo potius initium erit faciendum.

Ac Sophocles quidem bis (ter ?) idem argumentum propria tragoedia tractavit. Traditur de duobus Phineis et insuper de Tympanistis[222] ad eandem certe fabulam spectantibus; quas cum altero Phineo Welckerus coniunxit.[223]

Ex Tympanistis traditur Phinei e Cleopatra filios alterius uxoris Idotheae, Cadmi sororis, insidiis caecatos esse et *ἐν τάφῳ* coercitos.[224] Porro Sarpedonii promunturii mentionem faciunt

(schol. Ap. Rh. II, 292) = Naup. fr. 3. — [220]) Hellan. fr. 38 (schol. Ap. Rh. II, 178) *Ἀγήνορος γὰρ παῖς ἐστιν, ὡς Ἑλλάνικος* [cf. Apd. I, 9, 21]. — [221]) Ister fr. 60a (schol. Ap. Rh. I, 207) *Ἴστρος δέ φησι τὸν Αἰήτην γνόντα, ὅτι τοὺς Φρίξου υἱοὺς εἴη σεσωκὼς (ὁ Φινεὺς) ταῖς μαντείαις, καταράσασθαι αὐτῷ, τὸν δὲ Ἥλιον ἐπακούσαντα πηρῶσαι.* Cf. Hes. Eoe. fr. 160, qui Phrixo eum viam monstrasse dixit. — Anon. ap. Apd. I, 9, 21 *πηρωθῆναι φασιν αὐτὸν . . . τινὲς . . . ὑπὸ Ποσειδῶνος, ὅτι τοῖς Φρίξου παισὶ τὸν ἐκ Κόλχων εἰς τὴν Ἑλλάδα πλοῦν ἐμήνυσεν.* — [222]) F. G. Welcker, Die griechischen Tragödien etc. I, p. 329—333. Nauck Tr. Gr. Fr. Soph. fr. 574—82 (Tymp.), 636—45 (Phin. I, II). — St. B. s. v. *Βόσπορος* ,*Σοφοκλῆς δ' ἐν Φινεῖ πρώτῳ*' Hesych. uno loco ex coniectura, altero certo laudat Phineum secundum. (Nauck l. l. p. 227.) Sexies (septies) simpliciter citatur Soph. Phineus, octies (novies) Soph. Tymp. — [223]) l. l. p. 329 sp. — [224]) Fr. 582 (schol. Soph. Ant. 980) *μετὰ δὲ τὸν Κλεοπάτρας θάνατον ἐπέγημεν (Φινεὺς) Ἰδαίαν*

(duo) loquentes, qui procul dubio Orithyiae eodem ab Aquilone raptae filii sunt.[225]) Ad Argonautarum fabulam spectat versus

Κόλχος δὲ Χαλδαῖός τε καὶ Σύρων ἔθνος.[226])

Neque quemquam ab hac sententia deterrebit opinor, quod Etymologici Magni auctor et Suidas ad nostram fabulam aliquid de Cecropis filiabus revocare videntur.

Contra ex Phineo (nullo numero addito) habemus versus nonnullos Phinei ipsius miseram faciem describentes; dicitur *νεκρὸς τάριχος εἰσορᾶν Αἰγύπτιος* et caecus;[227]) commemorantur et Harpyiae.[228])

Phineum vero (primum), non Tympanistas posteri omnes secuti esse videntur. Hinc certe petitum est, quod scholiasta ex Sophocle praebet: Caecatum esse Phineum, quia filios suos ex Cleopatra caecavisset Parthenium et Crambum, Idaeae novercae horum falsis credens incriminationibus. Neque dubito ad hanc potissimum tragoediam referre, quae Apollodorus[229]) uno loco narrat, Idaeam privignos, quod se in stuprum illicere voluissent, falso accusasse eique fidem facientem Phineum illos caecasse, Argonautas vero cum Aquilone eum castigavisse.

τὴν Δαρδάνου, κατὰ δέ τινας Εἰδοθέαν τὴν Κάδμου ἀδελφήν, ἧς καὶ αὐτὸς ὁ Σοφοκλῆς μνημονεύει ἐν Τυμπανισταῖς, ἥτις ἐξ ἐπιβουλῆς τυφλώσασα τοὺς Κλεοπάτρας παῖδας „ἐν τάφῳ καθεῖρξεν“. — 225) Fr. 575. — 226) Fr. 576. — 227) Fr. 641. Tam detestabilem aspectum Phineus praebuisse videtur, ut, qui primum vidissent, horrore permoti se converterent cf. fr. 642 Hes. s. v. *ἀπενώτισαν· ἀπέστρεψαν τὰ νῶτα.* — 228) Fr. 643. — 229) Apd. III, 15, 3 (1) *Κλεοπάτραν δὲ ἔγημε Φινεύς. Ὧι γίνονται παῖδες ἐξ αὐτῆς Πλήξιππος καὶ Πανδίων.* (2) *ἔχων δὲ τούτους ἐκ Κλεοπάτρας παῖδας Ἰδαίαν ἐγάμει τὴν Δαρδάνου. κἀκείνη τῶν προγόνων πρὸς Φινέα φθορὰν καταψεύδεται* (3) *καὶ πιστεύσας Φινεύς, ἀμφοτέρους τυφλοῖ. παραπλέοντες δὲ οἱ Ἀργοναῦται σὺν Βορέᾳ κολάζονται αὐτόν.* — Obstare videtur, quod Phinei et Cleopatrae filii hic Pandion et Plexippus, apud scholiastam ex ipso, ut ait, Sophocle Parthenius et Crambus dicuntur. At potest Sophocles pueris nomina omnino nulla indidisse (cf. quae disputat C. Robert, Bild und Lied 1881 p. 165 et quem citat U. d. Wilamowitz, Anal. Eurip. p. 185 legem esse a tragicis observatam „ut paucae tantum personae inducantur remota omni supervacanea turba, secundi vero ordinis personae nomine certo careant“.) Sed in argumentis postea a diversis viris doctis confectis varia nomina addi; quare ex nominum discrepantia nihil aliud sequitur, nisi aliam Apollodorum, aliam scholiastam secutum esse *ὑπόθεσιν*

Hic igitur Phineus ipse dicitur filios suos caecasse. Contra novercae facinus attribuitur in Sophoclis Antigone,[230] ubi mulier dicitur fusi acumine privignorum oculos effodisse. Quod iam alteram fabulam, Tympanistas, respicit, qua muliebres insidiae praeter cetera expositae fuisse videntur.

A Sophoclis Phineo quia totus pendere et quae addidit et mutavit ex suo addidisse aut mutasse videtur, de Dionysio Scytobrachione statim dicere liceat, cuius enarrationem male rhetoricam vel duobus locis[230a] traditam habemus —

. . *ἐπεὶ οὐδέν πω κακόν γ' ἀπώλετο,*
ἀλλ' εὖ περιστέλλουσιν αὐτὰ δαίμονες. —

Sunt hic quoque Phinei e Cleopatra filii a pellice Idaea, Scytharum regis filia, quam Cleopatrae venia duxerat, falsis incriminationibus, quod vim inferre ei voluissent, non illi quidem caecati, sed verberibus foedati et cum parte corporis terra defossi [?][231] Advenientes Argonautarum primores imprimis Herculem rogant, ut ferant sibi auxilium; ac iusta actione, cum etiam Phineus per legatum accusaverit, absolvuntur. Quos cum Hercules ad patrem reduxisset, Phineus surrexit et unum ex filiis in mare deicere conatus iam ab Hercule calcis ictu necatus est. (Diodorus de pugna narrat, qua Aquilonis filii et Hercules fortissime pugnaverit, Phineus ceciderit.) Iam Cleopatra custodia in quam fuerat coniecta liberata filiisque regnum redditum. Idaea autem ad Scythicum patrem remissa — nempe sunt Scythae *δικαιότατοι ἀνθρώπων*! — capitis ab hoc ipso damnatur, sed privignorum magnanimorum precibus Scythae ad clementiam revocantur.

Ceterum monuisse sufficiat Herculem ab eo primum huc esse illatum, qui ad Colchos usque venientem fecisset.[232] Patet

---

cf. Schwartz, De Dionysio Scytobr. p. 28. — [230]) Soph. Ant. 966—86. — [230a]) Dion. Scyt. ap. schol. Ap. Rh. I, 207 coll. Diod. IV, 43/4 quamquam Diodorus certe non omnia accurate tradidit. — [231]) Diod. *διωρυγμένοι* cf. Soph. Tymp. *ἐν τάφῳ καθεῖρξεν* (sicut Antigonen Creon?). [232]) Apd. I, 9, 19, 5—7. *Δημάρατος δὲ αὐτὸν* (sc. *Ἡρακλέα*) *εἰς Κόλχους πεπλευκότα παρέδωκε. Διονύσιος μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα φησὶ τῶν Ἀργοναυτῶν γενέσθαι.* Hic vel Diodorus haesitavit IV, 44, 4: *οὐκ ἀγνοῶ δὲ διότι τινὲς τῶν μυθογράφων τυφλωθῆναί φασι τοὺς Φινείδας ὑπὸ τοῦ*

nihil huic tribuendum esse, quamquam opinor et hunc Dionysii Scytobrachionis Herculem aliquando pro Phoenicio deo viri docti habuerunt. Neque vero quidquam video, quod ex alio fonte haustum esse putandum sit atque ex Sophoclis Phineo.

Iam vero ad Aeschylum veniamus, qui et in Eumenidibus Phinei et Harpyiarum, et harum quidem pictarum, meminit[233]) et in tetralogia illa, quam nos dicimus, Phineo Persis, Glauco Prometheo propria tragoedia argumentum tractavit (ao 472 a. Chr. n.).[234]) Cuius nihil scimus nisi duos versus, quibus Harpyiae cibos ab ipso Phinei ore diripientes descriptae esse videntur.[235]) Quaeque Welckerus ex singularum trilogiae partium continuatione quam fingit conclusit, pulcra sane, sed omnino incerta sunt.[236]) Sed huc pertinere conicio Asclepiadis narrationem,[237]) quam tragoediae esse perfectum atque absolutum argumentum vel forma indicat, et quae in neutram Sophoclis fabulam quadrat. Ubi dicitur Phineus quos e Cleopatra Aquilonis filia filios genuisset Eurytiae alteri uxori, quae eos calumniata esset, necandos (non caecandos) tradidisse. Tum Iovem iratum, cum scelus vellet

---

πατρὸς, καὶ τὸν Φινέα τῆς ὁμοίας τυχεῖν συμφορᾶς ὑπὸ Βορέου [hoc iustum est Phinei Sophoclei argumentum]. *ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα τινὲς παραδεδώκασι πρὸς ὑδρείαν ἐξελθόντα ... λειφθῆναι* cf. 48, 6. — [233]) Utrum Aeschylus tabulam aliquam an vasa picta ante oculos habuerit, ignoro. Sunt versus ex Pythiae sermone, quae frustra mulierum facies Furiarum similes quaerit Eum. 50/1 *εἶδον ποτ' ἤδη Φινέως γεγραμμένας | δεῖπνον φερούσας.* — [234]) Argum. Aesch. Pers. (Aesch. tragoed. ed Kirchhoff p. 2). — [235]) Nauck, Tr. Gr. Fr. p. 64/5 Aesch. fr. 253 *καὶ ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσης γνάθου | ἐρρυσίαζον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ.* — [236]) F. G. Welcker, Aeschyleische Trilogie Prometheus 1824 p. 477—80; — cf. Aeschylos Perser erklärt von W. S. Teuffel [2] p. 38 sq. et quos ille attulit. — [237]) Asclep. ap. schol. Hom. *μ* 69 (*Φινεὺς ὁ Βιθυνῶν βασιλεὺς*) *ἔχων γὰρ παῖδας ἐκ Κλεοπάτρας τῆς Βορέου καὶ ἐπιγήμας Εὐρυτίαν δίδωσιν αὐτοὺς τῇ μητρυιᾷ διαβληθέντας πρὸς ἀναίρεσιν. Ζεὺς δὲ χαλεπήνας λέγει αὐτῷ, πότερον βούλεται ἀποθανεῖν ἢ τυφλὸς γενέσθαι. ὁ δὲ αἱρεῖται μὴ ὁρᾶν τὸν ἥλιον. ἀγανακτήσας δὲ ὁ Ἥλιος Ἁρπυίας ἐπιπέμπει αὐτῷ αἵτινες, εἴποτε μέλλοι ἐσθίειν,* (*τὰ βρώματα* Buttmannus ex Eustathio adicit) *αὐτοῦ διέπρασσον ἐμβάλλοντες φθοράν τινα. καὶ οὕτως Φινεὺς ἐτιμωρεῖτο.* —

punire, Phineo mortis aut caecitatis eligendae arbitrium permisisse. Cum vero caecitatem rogasset, Solem aegre ferentem (scilicet spretum) Harpyias misisse, quae cibos quotiens edere vellet perderent. Ibidem[238]) sicut apud Hesiodum Phoenicis filius Phineus appellatus fuisse videtur.

Quod Aeschylo haec tribuam, causas habeo diversas et genere et pondere. Praetermitto deos in fabulam inductos Iovem et Solem, id quod Promethei et Eumenidum poëtam redolet; praetereo et illam quae huic cum catalogo Hesiodeo intercedit rationem, quod hic quoque arbitrium illud Phineo conceditur, et eam certe cum Aeschyli more optime convenientem, quamvis et cum Sophoclis consuetudine, quem cyclo saltem epico gavisum esse constet, minime pugnantem; unum premo, quod Phineus filios nondum caecat aut caecandos permittit uxori, sed necandos. Ut enim magis est tragicum Phineum idem pati, quo filios suos innocentes propter mulieris calumnias affecerit, ita non illud quidem ab initio repertum esse puto, cum vero semel repertum esset, non facile a posteriore poëta neglectum. Quare haec videtur fuisse antiquissima tragoediae forma. Aeschylus opinor primus malam illam novercam, quae privignos falsis incriminationibus pessumdat, induxit (fuit omnino apud Graecos mala noverca egregie tragica, cf. Athamantis fabulam); Sophocles rem tragoediae aptissimam accepit, sed pulchriorem multo reddidit et multo magis ad movendos animos idoneam; ac primo quidem Phineo priore Phineum ipsum facinus committentem fecit, mulieri indulgentem, deinde, Aeschylo rursus similius, omnia mulieri permittentem Phineo altero sive Tympanistis et postea, ut puto, Antigone.

Posteriorum scriptorum plerique aut Sophoclis Phineum aut Apollonii Argonautica secuti sunt. De Apollodori bibliotheca satis dictum, qui altero loco Apollonii Argonautica exscripsit, altero et eo quidem gravissimo veterum scriptorum ac poëtarum discrepantias collegit.[239]) Hyginus quoque pleraque sua ex Apollonio sumpsit, sed nefariam illam novercam ex Sophocle admiscuit.[240]) De aliis infra dicam. —

[238]) Asclep. ap. schol. Ap. Rh. II, 178. — [239]) Apd. I, 9, 21 (ex Apol-

3.

Apud ceteros tragicos cum Phineus Thracum fuerit circa Bosporum habitantium rex, in regionem longo spatio a Graecia diremptam Euripides eum transtulit, ut prorsus alium eum crederes. In Andromeda enim tragoedia illa per totam antiquitatem summis laudibus elata[241]) Phineum fratrem Euripides fecit Cephei Aethiopum regis, Beli et Anchinoës (Nili filiae) filium.[242]) Certum esse videtur ex Euripide haustam Apollodori narrationem de Cassiopeia Cephei uxore, quae Nerei filias ad pulchritudinis certamen provocasset, sed monstro marino a Neptuno misso et terrae inundatione punita iam ipsam filiam Andromedam beluae tradere ex oraculi Ammonii responso esset coacta. Et quomodo Perseus morti devotam liberavisset et, cum ipse a patre in matrimonium accepisset, contra Phineum (cui Andromedam antea desponsam fuisse Ovidius narrat) insidias struentem defendisset. Gorgonis enim capite obtento in lapidem Phineum esse mutatum.[243])

Sed Phineus hic Aethiops, si originem spectas, nemo alius est quam ille iam ex Hesiodo notus Phineus. Concedo nonnulla esse mutata. Cassiopeia est apud Euripidem Cephei fratris illius uxor, apud Pherecydem[244]) Phinei mater, Phoenicis coniux, itemque apud Hesiodum, qui etiam Arabi filiam dicit; Belus apud Euripidem Phinei, apud Pherecydem Damnonis huius aviae pater, cum ex Hesiodo hac de re nihil constet. Notanda certe est Phinei cum Cepheo (et Cassiopeia) et Persei fabula vetustissima illa Peloponnesiaca coniunctio. —

lonio). III, 15, 3. — [240]) Hyg. fab. 19. cf. f. 14. — [241]) Locos collegit Nauck, Tr. Gr. Fr. p. 312/3. — [242]) Apd. II, 1, 4, 4 *Βῆλος δὲ .. βασιλεύει ἐν Αἰγύπτῳ· γαμεῖ δὲ Ἀγχινόην τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ αὐτῷ γίνονται .. Αἴγυπτος καὶ Δαναός· ὡς δὲ Εὐριπίδης φησί, καὶ Κηφεὺς καὶ Φινεὺς προσέτι.* — [243]) Ex Euripide etiam Ovidius sua hausit Met. IV 663—V 235. Ceterum et Sophocles idem argumentum tractavit eique cum Euripide nonnulla videntur fuisse communia. Nauck Tr. Gr. Fr. p. 124/5. — [244]) Pherec. fr. 40 v. supra ibique videas etiam de Hesiodi locis. — [244a]) Quam-

4.

Iam vero quae ex his omnibus ad restituendam antiquissimam fabulae formam idonea sint iudicanda videamus. Phinei cum Cleopatra Erechthei Athenarum regis nepte matrimonium itemque nefariam novercam totumque illud scelus in filiis quoquo modo commissum ex epicis Graecorum carminibus, quamquam permulta certe ibi fuerunt quae nos nescimus, excludemus.[244a]) Manet Thracum rex, cuius regia ante Ponti Euxini quod dicitur os (*στόμα*) fuit, idem etiam vates, qui sicut Asclepius dono a dis accepto largius utitur ob eamque superbiam crudelissime punitur. Causae variae iam in veteribus carminibus fuisse videntur, quibus *Ἀργὼ πᾶσι μέλουσα* est celebrata. Ac duplicem poenam iam Hesiodus habuit: caecitatem et Harpyias. Caecitatis causa in Eoeis fuit, quod Phrixo viam ostenderat; caecatus igitur est aut a Sole aut a Neptuno deo omnibus navigantibus, ut etiam Ulixi, inimico; in catalogo, quia caecus fieri quam mori maluit. Iam secundum hoc igitur carmen possunt Harpyiae, ut apud Aeschylum coniecimus fuisse, ab irato quippe spreto Sole missae esse. At num hoc est genuinum? Vix equidem credo. Phineum vatem semper fuisse vidimus, et quis est quin memoria teneat vatum, qui futura omnia mentibus cernerent, quasi proprium fuisse, ut oculorum luminibus carerent proinde ac si iis non iam opus esset? Sic maxime Tiresias est caecus, sed idem passi sunt poëtae et cantores: velut Demodocus ille apud Phaeaces, velut hymni Homerici Chius poëta, a quo postea ad ipsum Homerum translatio facta est; denique Thamyris, qui Musarum discipulus ipsas suas magistras arte praestare ratus ad certamen provocaverat.[245]) Meminerimus etiam Tiresiam ab offensa dea sive

---

quam ex feminarum nominibus, quas Phineus in matrimonium duxisse apud posteros dicitur, possunt certe vel plura iam in antiquis carminibus heroicis fuisse. Unum uxoris nomen exhibere videtur vas nigris figuris ornatum B. d. J. 1865 p. 50 (Brunn), quod etiam Aquilonis filios ostendit, qui Harpyias trans mare persequuntur, nempe Erichtho, quod nomen cum Erichthonio i. e. autochthone potest conferri (C. Robert). — [245]) Neque enim Thamyris a Musis separandus esse videtur, ut A. Riese l. l. conatus est. Cf. de hoc

ea fuit Iuno sive Minerva caecatum esse. — Sed etiam Harpyiae mittuntur. Et hoc certe constabat ab Aquilonis filiis Phineum esse liberatum, Harpyias fugatas.

Ipsae vero Harpyiae, quamquam artifices fortasse ad orientalium figurarum exempla eas finxerunt,[246]) ad Graecorum mythologiam proprie pertinent semperque pertinuerunt. Apud Homerum vel commutantur cum thyellis, ab iisque rapi nihil aliud est quam Apollinis aut Dianae sagittis ictum mortem oppetere. Quam pulcherrima translatione cum procellis Graeci comparabant homines rapientibus:

ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι

— — — — — — — — — — — — — —

τόφρα δὲ τὰς κούρας ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο
καί ῥ' ἔδοσαν στυγερῇσιν Ἐρινύσιν ἀμφιπολεύειν —
ὣς ἐμ' ἀϊστώσειαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
ἠ ἐμ' ἐϋπλόκαμος βάλοι Ἄρτεμις . . . .

Iam vero ille Harpyiarum et Aquilonis filiorum cursus simpliciter ad ventorum ipsorum inter se certamen potest revocari.[247])

Haec certe omnia Graeci ex suo peculio potuerunt effingere, neque est quod extrinsecus illatum censeamus. Sed iam anquirendum videtur, nonne in ipsa Graecia nonnulla fabulae vestigia inveniantur. Ubi siquid videro, plurimum me debere libenter confiteor Carolo Robert, qui vir doctissimus et humanissimus ad Arcadiae quasdam fabulas animum meum identidem advertit.

In tota enim fabula illud certe mirum est, quod Harpyiae a Bosporo ad Strophades potissimum fugantur. Namque inter omnes constat has insulas in Ionio mari sitas esse a me-

R. Volkmann ad Plut. d. musica (1856) p. 63. — [246]) Neque quidquam aliud ex nobilissimo illo Lycio monumento effici videtur, quod ab Harpyis denominare consuevimus. Cf. P. Wolters, Die Gypsabgüsse antiker Bildwerke in historischer Folge erklärt (mus. Berol.) [C. Friederichs, Bausteine zur Geschichte der griech. röm. Plastik [2]] 1885 p. 69 sqq., maxime p. 71 sq., ubi interpretationes e Graeca mythologia illatae refutantur. — [247]) Hic adnotavi, quod Apd. I, 9, 21 nescio ex quo fonte narrat: *ἦν δὲ ταῖς Ἁρπυίαις χρεὼν τεθνάναι ὑπὸ τῶν Βορέου παίδων· τοῖς δὲ Βορέου παισὶ τότε τελευ-*

ridie Zacynthi, e regione fere Triphyliae. Auctores attulisse Pherecydem[247a]) et Strabonem[248]) — sunt et alii — satis erit. Quocum cohaeret Iovis Aeneii apud Hesiodum imprecatio, quem Zetes et Calaïs, ut Harpyias capere sibi detur, orant. Ac fides habenda scholiastae, qui Cephallenium Iovem significari dicit.[249]) Huc accedit iam in Naupactio carmine Cretam Harpyiarum domicilium dici. Addo ex Apollodoro de Harpyis unam in Tigrem Peloponnesi fluvium cecidisse, qui ab ea Harpys esset denominatus.[250]) Haec omnia non tam ad Bosporum spectant, quam ad mare Ionium et Siculum.

Quae si reputaverimus minus paullo iam mirabimur, quod alicubi non Thracum, sed Arcadiae rex Phineus dicitur. Est sane auctor haud gravissimus, Servium dico,[251]) quocum alii grammatici congruunt. Cuius verba varie traduntur; haec exscripsisse sufficiet: ‚Phineus rex fuit Arcadiae. Hic suis liberis superduxit novercam, cuius instinctu eos caecavit. Ob quam rem irati dii ei oculos sustulerunt et adhibuerunt Harpyias, quae cum ei diu cibos abriperent, Iasonem . . . suscepit hospitio, cui etiam ductorem [propter Symplegadas petras] dedit. Hoc ergo beneficio inlecti Argonautae Zetum [sic!] et Calaïn . . ad pellendas Harpyias miserunt, quas cum strictis gladiis persequerentur pulsas de Arcadia, pervenerunt ad insulas quae appellabantur Plotae. At cum ulterius vellent tendere, ab Iride admoniti, ut desisterent a Iovis canibus, suos converterunt volatus‘ etc.

τήσειν, ὅτε ἂν διώκοντες μὴ καταλάβωσιν. — [247a]) Pherec. fr. 69 (schol. Ap. Rh. II, 271) *ὅτι διὰ τοῦ Αἰγαίου πόντου καὶ τοῦ Σικελικοῦ αὐτὰς ἐδίωκον κτέ.* — [238]) Strab. VIII, 4, 2 p. 459 *κατὰ δὲ τὴν παραλίαν ταύτην αἱ τῶν Κυπαρισσίων πελάγιαι πρόκεινται δύο νῆσοι προσαγορευόμεναι Στροφάδες, τετρακοσίους ἀπέχουσαι μάλιστά πως τῆς ἠπείρου σταδίους ἐν τῷ Λιβυκῷ καὶ μεσημβρινῷ πελάγει.* — [249]) Schol. L. Ap. Rh. II, 297 *ὅτι δὲ ηὔξαντο οἱ περὶ Ζήτην τῷ Διὶ στραφέντες λέγει καὶ Ἡσίοδος· ‚ἔνθ' οἵ γ' εὐχέσθην Αἰνηΐῳ ὑψιμέδοντι.‘ ἔστι γὰρ Αἶνος ὄρος τῆς Κεφαλληνίας, ὅπου Αἰνησίου Διὸς ἱερόν ἐστιν, οὗ μνημονεύει Κλέων ἐν περίπλῳ* (et Strab. X, 2, 15 p. 456). — [250]) Apd. I, 9, 21, 7 (Hesiodi??) *διωκομένων δὲ τῶν Ἁρπυιῶν ἡ μὲν κατὰ τὴν Πελοπόννησον εἰς τὸν Τίγρην ποταμὸν ἐμπίπτει, ὃς νῦν ἀπ' ἐκείνης Ἅρπυς καλεῖται.* — [251]) Serv. ad Verg. Aen. III, 209 ed. Thilo, qui addit „exscripserunt Lact. Plac. ad Stat. Theb. VIII, 255 mythogr. I,

Est hic similiter atque apud Hyginum Apollonii narratio cum Sophocleae tragoediae (Phinei) argumento coniuncta; sed ex tertio insuper fonte Arcadiae commemoratio admista est. Quae eam ipsam ab causam, quod Arcadiae regis coniunctio cum Symplegadibus plane absurda est, excogitata esse a Servio aut omnino ab homine Sophoclis aut Apollonii rationem habente nullo modo potest. Hausta videtur si non ab ipso Servio at certe ab eius auctore ex aliquo Ἀρκαδικῶν scriptore, velut Ariaetho, quem Romanis notum fuisse Hyginus[252]) probat. Sed quae in illo auctore fuerint praeter id unum in Arcadia Phineum regnasse vix erit diiudicandum.

Iam vero in Euripidis Andromeda vidimus Phinei fratrem esse Cepheum, et Euripideum Phineum ab illo ex Hesiodo noto Thrace haud diversum videri. Sed Cepheus quoque non ad Cephenes illos ab initio pertinuisse videtur fabulares Persarum maiores[253]) (aut quae alia nostrae aetatis viri docti ex iis fecerunt), sed et ipse simplex Arcas fuisse. Dubito quidem Pausaniam sequi, qui Cepheum (arcadice Capheum) Caphyarum Arcadici oppidi heroëm fecit, quippe quem Caphyeum nominatum putares (aut sicut re vera fuit Capyn); potius Tegeae est ascribendus, ubi a Minerva Medusae capillos accepisse dicitur, quibus urbs inexpugnabilis foret.[254])

Forsitan igitur Cepheus et Phineus in Arcadia fuerunt coniuncti. Cephei memoria Tegeae mansit, quia cum Minervae cultu eius persona cohaesit; Phineus, ubi semel Argonautarum fabulis vindicatus est, totus Arcadiae est ereptus. Sed manserunt opinor etiam praeter Servianum locum nonnulla antiqui rerum status vestigia. Primum de quibus diximus Harpyiarum in Ionio mari loca earumque fuga et insectatio ibi

---

27 et II 142 et 13. Cf. mythogr. III, 5, 5 sq." — [252]) Hyg. poet. ast. II, 1 = Müller F. H. G. IV, 318. — [253]) Hdt. VII, 61 *ἐκαλέοντο δὲ πάλαι (οἱ Πέρσαι) ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων* (NB.) *Κηφῆνες . . . ἐπεὶ δὲ Περσεὺς ὁ Δανάης τε καὶ Διὸς ἀπίκετο παρὰ Κηφέα τὸν Βήλου καὶ ἔσχε αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀνδρομέδην, γίνετο αὐτῷ παῖς, τῷ οὔνομα ἔθετο Πέρσην. κτέ.* — Haec iam ante Euripidis Andromedam scripta; sed Graecum auctorem sive historicum (Hecataeum?) sive poëtam (Sophoclem?) sequi videtur Hdt. — [254]) Vide de eo Paus. VIII, 4, 8; 5, 1; 23, 3; 47, 5; Apd. II, 7, 3; Preller, gr. Myth. II.

maxime collocata. Tum Phinei cum Peloponnesiaca si qua alia fuit Persei fabula coniunctio. Huc fortasse et illud pertinet, quod apud Euripidem Cepheum habet fratrem, iamque et id aliquid habebit momenti, quod in Lycaonis filiorum apud Apollodorum catalogo, quamquam diversissimarum ibi gentium *ἐπώνυμοι* cum Arcadicarum urbium heroibus coniuncti sunt, etiam Phineus invenitur.[255])

Denique in Arcadia ipsa Harpyias quodammodo habemus: Stymphali dico. Nota est avium Stymphaliarum expulsio ab Hercule facta. Herculis vero figura huc cum Doribus venit, quorum in Peloponneso ubique est propugnator; ex quo minime efficitur simul et aves illas eandem originem habere. Erant enim cum Dianae cultu coniunctae teste Pausania, qui earum statuas apud huius templum positas Harpyiarum simillimas describit.[256])

Sunt haec certe omnia disiecta membra, quibus qui omnino diffidat non ideo tamen iis quae infra dicentur fidem abroget. Nam si quis fuit olim Arcadiae rex Phineus (nempe in fabulis!) certum est et in epicis Graecorum carminibus et in tragoediis (excepta fere Andromeda) et apud historicos Thracem eum esse et omnino apud Graecos Thracem informatum esse. Quaerentibus igitur nobis, quam Phinei fabularis persona ad historiam ipsam lucem afferat, unus Thrax est considerandus. — Quo autem modo ex Arcadia ad Thraces pervenerit, et quid fuerit antequam Thraciam, ut ita dicam, civitatem nactus sit, non iam nostrum est quaerere. Ceterum constat Arcades satis multos in Asiam migrasse, qui fabulam secum e patria eo transferre possent.[257]) —

---

169 n. — [255]) Apd. III, 8, 1, 3. — [256]) Paus. VIII, 22, 5 (7) *ἐν Στυμφήλῳ δὲ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδός ἐστιν ἀρχαῖον Στυμφηλίας . . . πρὸς δὲ τοῦ ναοῦ τῷ ὀρόφῳ πεποιημέναι καὶ αἱ Στυμφηλίδες εἰσὶν ὄρνιθες· . . . εἰσὶ δὲ αὐτόθι καὶ παρθένοι λίθου λευκοῦ, σκέλη δέ σφισίν ἐστιν ὀρνίθων, ἑστᾶσι δὲ ὄπισθε τοῦ ναοῦ.* Quod Pausanias has a notis illis avibus distinxit, non nimii est momenti. Cf. Preller, Gr. Myth. II, 137. Apollonii scholiasta Stymphalides aves cum Martiis illis Apollonii iure an errore nescio commiscuit; ipse Apollonius comparavit solum. Ap. Rh. II, 381 sq. 1030 sqq. — [257]) Cf.

B.

Iam igitur primum de eo disputandum erit, quid Phinei persona apud veteres exceptis nonnullis antiquissimarum et absconditarum rerum curiosis valuerit quaeque repraesentaverit, deinde, quae res aliunde traditae cum illius fatis conveniant ad eaque invicem aliquam lucem afferant, non haec ex mythologia, sed iam ex ipsa historia petenda; denique epimetri loco de fabulari quadam figura, Rhesum dico, quae sortem quodammodo eandem, quamvis originem plane diversam ac Phineus habuerit, videamus.

1.

Qualem veteres Phineum ipsi quisque finxerint, filii quos huic tribuunt optime ostendunt. Velut Hesiodus Thyni et Mariandyni patrem dicit.[258] — Ac Pherecydes[259] Thracum omnium qui in Asia fuerint (Bithynorum et Paphlagonum!), Hellanicus[260] vero simpliciter Paphlagoniae regem facit.

De Sophocle dubitandum vidimus; certe in uno Phinei argumento scriptum fuit Phinei e Cleopatra filios Parthenium esse et Crambum, et hos cum Paphlagoniae quibusdam locis

illos *Ἀρκάδας Πελασγούς* Ioniae coloniae participes Hdt. I, 146, porro Azanes, qui in Phrygia consederunt apud Steunus antrum et Pencalam fluvium Paus. X, 32, 3 (3) VIII, 4, 3; denique Arcades Pergami conditores, quam rem nuper illustravit E. Hesselmeyer, Die Ursprünge der Stadt Pergamos in Kleinasien (1885) p. 27 sqq. Ex Ionio (Milesiaco) fonte Idotheam, Phinei in Sophoclis Tympanistis uxorem, Cadmi filiam fluxisse verisimile est (C. Robert); Cadmi persona apud Iones Asiaticos permultum valuit (cf. Cadmeos Ioniae coloniae participes Hdt. I, 146) quamquam ortam eam esse in Asia minime credo Wilamowitzio hom. Unters. 139. — 258) Hes. fr. 76 Ki. (ap. schol. Par. Ap. Rh. II, 181, Eudoc. p. 416, 8) *παῖδας δέ φησιν αὐτῷ γενέσθαι Ἡσίοδος δύο, θυνὸν καὶ Μαριανδυνόν.* — schol Laur. ad Ap. l. l. quod antea habuit: *Ἡσίοδός φησιν* pergit: *φασὶ* (*παῖδας γενέσθαι θ. καὶ M.*) quae lectio cum prioris sensu non ita pugnat, ut illi fidem derogares. — 259) Pherec. fr. 68 ap. schol. Ap. Rh. II 181. *ὅτι δὲ ἦρχεν ὁ Φινεὺς μέχρι τοῦ Βοσπόρου Θρᾳκῶν πάντων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ — εἰσὶ δὲ οὗτοι Βιθυνοί τε καὶ Παφλαγόνες — Φ. ἐν ς̄ φησιν.* Mirum certe, quod Paphlagones Thraces dicuntur, sed cf. insequentes. — 260) Hell. fr. 38 (schol. Ap. Rh. II, 178) Phavor. s. v. *Φινέα· ἔνιοι δὲ αὐτὸν ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ βασι-*

cohaerentes,[261]) ex Idaea vero Dardani filia Thynum et Mariandynum.[262])

Ex Ephoro fluxisse videntur quae Scymnus praebet[263]) Phinei regnum inde a Parthenio usque ad Amastridem urbem fuisse; est hoc certe parvum, sed notanda et apud hunc auctorem Paphlagonia sedes.

Denique Arrhianus[264]) ipse Bithynus Thynum et Bithynum adoptatos a Phineo, Paphlagonem contra genuinum huius filium appellat. —

Salmydessus Phinei sedes primo, quantum scimus, nominatur a Sophocle in Antigone.[265]) Neque huic Aeschyli de loci situ errores[266]) sunt imputandi. Iure enim Sophocles Thracium dixit Salmydessum.

Quem et alii multi Phinei sedem fecerunt.[267]) Est autem

λεῦσαι ἱστοροῦσιν, ἥτις ἐστὶ τῆς Ἀσίας, ὥς φησιν Ἑλλάνικος. — [261]) Parthenii nomen ap. schol. L. Ap. Rh. II 140 restituendum esse certum est ex schol. II, 238. — Moneo Parthenii fluminis [Hom. *B* 854] et Carambis promunturii Paphlagoniae. — [262]) [Soph.] apud schol. Ap. Rh. II 140 *Φινέως παῖδες ἐκ μὲν Κλεοπάτρας Παρθένιος καὶ Κράμβος, ἐκ δὲ Ἰδαίας τῆς Δαρδάνου* [Soph.] *ἢ Σκυθικῆς τινος Παλλακίδος* [Dion. Scyt.] *θυνὸς καὶ Μαριανδυνός, ἐξ ὧν τὰ ἔθνη κέκληνται.* — [263]) Scymn. 959 = peripl. p. Eux. 16 (Eph.) ubi Phineus Phoenicis Tyrii filius dicitur. — [264]) Arrh. ap. Eust. D. P. 793 (*θυνοὺς καὶ Βιθυνοὺς*) *οὕτω καλουμένους ἀπό τινων ἀδελφῶν ἐπιφανῶν θυνοῦ καὶ Βιθυνοῦ, παίδων Φινέως κατὰ ποίησιν* (*ἤτοι ποιητῶν καὶ θετῶν*) *καθά φησιν Ἀῤῥιανός, ὅς καὶ γνήσιον παῖδα Φινέως ἱστορεῖ Παφλαγόνα, ἐξ οὗ χώρα Παφλαγονία.* — Ex Arrhiano fluxit St. B. s. v. *Παφλαγονία*, fortasse etiam s. v. *Σήσαμον· πόλις Παφλαγονίας, ἐν ᾗ ᾤκησεν ὁ πρῶτος Φινεύς* (Meineke coni. *παλαιός*, sed duos Phineos a quibusdam esse distinctos probat schol. Ap. Rh. II, 178), quamquam hoc in Ephorum quoque (v. supra) quadraret, quia Sesamus idem est quod postea Amastris. — [265]) Soph. Ant. 966—70 *παρὰ δὲ κυανέων σπιλάδων διδυμὰς ἁλὸς | ἀκταὶ Βοσπόριαι ἰδ' ὁ θρῃκῶν | Σαλμυδησσός*, ubi novercae facinus commissum narratur. — [266]) Aesch. Prom. 721—5. Prometheus Ionem vaticinatur ad Amazones inter Caucasum et Maeotidem habitantes venturam, *αἳ θεμίσκυράν ποτε | κατοικιοῦσιν ἀμφὶ θερμώδονθ', ἵνα | τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος | ἐχθρόξενος ναύτῃσι, μητρυιὰ νεῶν.* Salmydessum igitur prope Thermodontem finxit Aeschylus. Qua in re eo maxime inclino, ut de mera huius confusione cogitem. — [267]) Notandum est, *τὸν Σαλμυδησσόν* litus, *τὴν Σαλμυδησσόν* oppidum significare — schol. Ap. Rh. II, 177 *καὶ γὰρ ὁ Φινεύς, ὡς οἱ πλεῖστοι, ἐπὶ τοῦ Σαλμυδησσοῦ λέγεται ᾠκηκέναι, ὅς ἐστι τῆς θράκης κατὰ τὰ*

apud plerosque non urbs, sed orientalis Thraciae litoris (inde fere a Bosporo usque ad Haemum) pars.[268])

Contra Apollonius Phinei regiam in Europa ante Bosporum (sc. in Pontum navigantibus) collocat; quo enim alio modo Argonautis de itinere per Symplegades faciendo consilia dare potuerit? Neque dubito quin ibidem vetera carmina epica, Hesiodea alia, Phineum habitantem fecerint et sicut Argonautis iam antea Phrixo viam monstrantem. Nempe hoc semper fuit primum ac praecipuum huius officium.

Atque fuit quoque illa regione oppidum Phinopolis paullo ab Euxino Ponto distans et maxime idoneum, quod Phinei huius esset sedes. Ac nisi vestigiorum illorum quae in Arcadiam nos duxerunt ratio me prohiberet, Phineum fortasse nihil aliud fuisse contenderem, nisi huius oppidi ἐπώνυμον, his cetera postea demum addita. Certe aliquo modo Phineus cum ‚Phinei urbe' cohaeret.[269])

2.

Iam igitur Phineum vidimus ex vate factum esse Thracum, qui Ponti Euxini litora incoluerunt, et Europaeorum et Asiaticorum regem, atque etiam — et hoc quidem historicorum

---

ἀριστερὰ μέρη τοῦ Πόντου εἰσπλέοντι. — Apd. I, 21, 1 ἐντεῦθεν (sc. ἐκ Βεβρύκων) ἀναχθέντες καταντῶσιν εἰς τὴν θρᾴκης Σαλμυδησσόν. — [268]) Hdt. IV, 193, οἱ μὲν γὰρ δὴ τὸν Σαλμυδησσὸν ἔχοντες θρήϊκες καὶ ὑπὲρ Ἀπολλωνίης καὶ Μεσαμβρίης πόλιος οἰκημένοι.. St. B. s. v. Ἀπολλωνία β' ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ (sed v. Meineke ad h. l.) St. B. s. v. Ὀδησσός. πόλις ἐν τῷ Πόντῳ πρὸς τῷ Σαλμυδησσῷ. s. v. Σαλμυδησσός· κόλπος τοῦ Πόντου. Strab. VII, 6, 1 p. 319 Φινόπολις καὶ Ἀνδριάκη συνάπτουσαι τῷ Σαλμυδησσῷ. ἔστι δ' οὗτος ἔρημος αἰγιαλὸς καὶ λιθώδης, ἀλίμενος, ἀναπεπταμένος πολὺς πρὸς τοὺς βορέας, σταδίων ὅσον ἑπτακοσίων μέχρι Κυανέων τὸ μῆκος, πρὸς τὸν οἱ ἐκπίπτοντες ὑπὸ τῶν Ἀστῶν διαρπάζονται (cf. Aeschyli dictum!) sed Plin. n. h. IV 45: oppidum Halmydesos. — [269]) Ptol. III, 11, 4. Strab. VIII, 1, 319 — St. B. s. v. Φινόπολις .... πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ ἀπὸ Φινέως. Sed est et aliud oppidum Φίνειον (St. B. s. v.) .... τόπος τοῦ Πόντου κτίσμα Φινέως. Neque vero Pontus apud Stephanum est regnum Mithridaticum aut provincia Romana, sed tota Ponti Euxini ora; v. indicem editionis Meinekianae s. v.

miro aliquo consensu — Paphlagoniae, quamquam Paphlagones Thraces fuisse nusquam traduntur ac vix fuisse possunt.

Cuius tantae commutationis, ut statim dicam, Thracum magna illa ex Europa in Asiam migratio fuit causa.[270])

Paucis, quae ex quinti et quarti saeculi scriptoribus satis nota sunt, adumbrasse sufficiet Asiae minoris oram, quae Euxinum Pontum attingit, inde a Bosporo usque ad Heracleam Graecam urbem a Megarensibus maxime conditam a Thracibus fuisse occupatam, quos Herodotus Thynos atque Bithynos,[271]) Xenophon simpliciter Bithynos nominavit.[272]) Fuerunt autem rudibus ingeniis ac moribus, in Graecos inimici, si quis naufragium apud eos fecerat, haud aliter atque Salmydessi in Europa incolae.[273]) Herodotus eos eundem quem ceteros deum Martem coluisse tradit, cuius oraculum apud eos fuerit,[274]) eorumque vestitum similem describit atque illorum Seuthis militum Xenophon.[275]) Ab his vero, qui post Alexandrum demum ad aliquem cultus atque humanitatis gradum pervenisse videntur, et Herodotus[276]) et Xenophon[277]) distinguunt Mariandynos et Paphlagones. Iam cum in Xerxis quoque exercitu Mariandyni eodem modo quo Paphlagones armati et vestiti fuerint[278]) eorumque terram vel „partem Paphlagoniae" dixerit Theopompus,[279]) certe mirabimur, quod Strabo[280]) coniectura

---

Πόντος. — [270]) Cf. de hac: Abel, Makedonien etc. p. 79—84, Giseke, thrak. pel. Stämme p. 18—21 Meyer, Gesch. d. Alterth. I, 543—7, § 452—5. — [271]) Hdt. I, 28 in Asia: *θρήϊκες θυνοί τε καὶ Βιθυνοί·* sequuntur cum alii tum Paphlagones, Mariandyni. — [272]) Xen. anab. VI, 4, 1, 2 *τὸ δὲ χωρίον τοῦτο ὃ καλεῖται Κάλπης λιμὴν ἔστι μὲν ἐν τῇ θρᾴκῃ τῇ ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ἀρξαμένη δὲ ἡ θρᾴκη αὕτη ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου μέχρι Ἡρακλείας ἐπὶ δεξιὰ εἰς τὸν Πόντον εἰσπλέοντι . . ἐν δὲ τῷ μέσῳ ἄλλη μὲν πόλις οὐδεμία οὔτε φιλία οὔτε Ἑλληνὶς, ἀλλὰ θρᾷκες Βιθυνοί.* — [273]) Xen. l. l. *καὶ οὓς ἂν λάβωσι τῶν Ἑλλήνων ἐκπίπτοντας ἢ ἄλλως πως δεινῶς ὑβρίζειν λέγονται τοὺς Ἕλληνας.* Cf. de Astis in Europa Strab. VII, 6, 1 p. 319. — [274]) Hdt. VII, 76. — [275]) Hdt. VII, 75, Xen. anab. VI, VII passim. — [276]) Cf. n. 259; item VII in gentum catalogo Xerxis exercitum efficientium c. 75/6 Thraces, c. 72 Paphlagones et Mariandyni recensentur. — [277]) Xen. l. l. coll. VI, 2, 1; *Ἡράκλειαν οὖσαν ἐν τῇ Μαριανδυνῶν χώρᾳ.* — [278]) Hdt. VII, 72: *Μαριανδυνοὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντες (στολὴν) Παφλαγόσι ἐστρατεύοντο.* — [279]) Theop. fr. 201 ap. Strab. XII, 3, 4 p. 542 *Θεόπομπος δὲ Μαριανδυνόν φησι μέρους τῆς Παφλαγονίας ἄρξαντα ὑπὸ πολλῶν δυναστευομένης*

sane, ut ipse addit, sed ea ex lingua totaque gentis indole facta — neque hic Scepsium aliquem Demetrium sequitur aut grammaticum Apollodorum, sed ipse quae suis oculis vidit refert — Mariandynos Bithynorum simillimos ideoque videri Thraces esse dicit. Quorum quae ipse vidit de iis dubitare prope nefas esset, sed quae inde conclusit nihilominus reicere possumus. Atque una Xerxis certe temporibus fuerat *διαφορὰ ἐθνικὴ*: arma dico et vestitum. Hoc loco monendum videtur Mariandynos per multa saecula non liberam fuisse gentem, sed Heracleotarum Hilotas,[281]) itaque facilius quam liberam nationem mores suos atque etiam linguam commutare potuisse. Quod Thracum quam Graecorum similiores facti sint — quamquam aliquam humanitatem Bithynos quoque a Graecis accepisse veri simile est — ex diuturna illa cum Bithyniae regno coniunctione, quo tempore Heracleae potentia iam diu fracta atque collapsa erat, potest explicari, quamquam ne ita quidem omnem dubitationem tolli concedo.

Thraces vero illos (Thynos et Bithynos) Herodotus, qui ab ipsis se Bithynis accepisse affirmat, tradit a Strymonis ripis (a quo antea Strymonii essent nominati) in Asiam traiectos ibi Bithynos nomen accepisse. Expulsos vero eos esse e pristinis sedibus a Teucris et Mysis. Coniungendum hoc cum duobus aliis locis, quorum uno Paeones Teucrorum Troicorum colonos se dicunt, altero magnae alicuius Mysorum et Teucrorum expeditionis mentio fit, qui ante Troica Thraces omnes subegerint et occidentem versus ad Ionium usque mare, a meridie ad Peneum pervenerint.[282])

ἐπελθόντα τὴν τῶν Βεβρύκων κατασχεῖν, ἣν δ' ἐξέλιπεν, ἐπώνυμον ἑαυτοῦ καταλιπεῖν. — [280]) Strab. ibid. de Mariandynis *τίνυς δὲ καὶ πόθεν, οὐδὲν* [Kramer *οὐδενὶ*] *εἴρηται, οὐδὲ διάλεκτος, οὔτ' ἄλλη διαφορὰ ἐθνικὴ περὶ τοὺς ἀνθρώπους φαίνεται, παραπλήσιοι δ' εἰσὶ τοῖς Βιθυνοῖς. ἔοικεν οὖν καὶ τοῦτο θρᾴκιον ὑπάρξαι τὸ φῦλον.* — [281]) G. Gilbert, Handbuch der griech. Staatsaltertümer 1885 II 191/2 (n. 3). — [282]) Hdt. VII, 75 (*θρήϊκες*) *δὲ διαβάντες μὲν ἐς τὴν Ἀσίην ἐκλήθησαν Βιθυνοί· τὸ δὲ πρότερον ἐκαλέοντο, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, Στρυμόνιοι, οἰκέοντες ἐπὶ Στρυμόνι· ἐξαναστῆναι δέ φασιν ἐξ ἠθέων ὑπὸ Τευκρῶν τε καὶ Μυσῶν.* — VII, 20 (Xerxis expeditione omnes, quae antea factae sint, superari, velut) *τὸν Μυσῶν τε καὶ Τευκρῶν* (*στόλον*) *τὸν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν γε-*

De hac Teucrorum et Mysorum migratione dicendi hic non est locus.[282]) Respiciendi tamen fuerunt, quia Herodotus auctores suos Bithynos hanc expeditionem nosse et Bithynorum (Strymoniorum) expeditionis — sive fugae — causam protulisse dicit (aut certe dicere videtur). At docti fuerunt mehercule illi Bithyni! Nonne et cetera omnia de Mysis et Teucris ab eodem eruditissimo auctore Herodotus habet? Sed cuius modi ea sint videamus. Dicit Herodotus Teucrorum expeditionem ante Troica fuisse. At cur? nullam aliam opinor ob causam, quam quod a Teucris oriundi sunt Paeones, Paeones autem iam Homerus apud Axium habitantes novit. Hoc igitur nemo potuit dicere nisi Graecorum quis fabularum peritissimus. Sed concedi potest Herodotum interrogando — ut fit — ex simplici homine elicuisse plura, quam hic ipse certo sciret; vix tamen dubitari posse videtur, quin Bithyni ipsi memoria tenuerint apud Strymonem suas olim fuisse sedes. Et hoc quidem fabula quadam a Graecis poëtis exculta, quae nihilominus praeter ceteras Thraciam prae se fert originem, mirum quantum confirmatur, Rhesum dico, qui et in Europa apud Strymonem cultus est a Thracibus et in Asia saltem flumini nomen dedit. De quo infra paucis erit dicendum. Pulcherrima est consensio Graecae fabulae cum barbaro auctore; utinamne Herodoti quosdam auctores nossemus Persas (*λογίους Περσέων* Hdt. I, 2!) et Aegyptios Graecarum fabularum nimis illos peritos, praesertim cum Herodoto quae audire cuperet narrarent aut responderent!

At tamen migratio Bithynorum ipsa constat. Documenta rei vel Thyni illi Europaei, qui etiam Xenophontis aetate mon-

---

νόμενον, οἳ διαβάντες ἐς τὴν Εὐρώπην κατὰ Βόσπορον τούς τε Θρήϊκας κατεστρέψαντο πάντας καὶ ἐπὶ τὸν Ἰόνιον πόντον κατέβησαν μέχρι τε Πηνειοῦ ποταμοῦ τὸ πρὸς μεσημβρίης ἤλασαν. — V, 13 (ubi Paeones illi proditores dicunt): *εἴη δὲ Παιονίη ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πεπολισμένη, εἴησαν δὲ Τευκρῶν τῶν ἐκ Τροίης ἄποικοι.* — [282]) E. Hesselmeyer, Ursprünge der Stadt Pergamos etc. 1885 p. 13/4 pro Teucrorum et Mysorum migratione audacius paullo Cares substituit propter Pergami oppidi in Pieria siti nomen (cf. ibid. p. 8). — Ceterum haud scio an non Lycophron sua de Ili expeditione, quae tota cum Paeonum illa convenit, ex

tes supra Salmydessum sitos tenebant. Quorum si in fabulis Graecis Phineus semel factus erat rex, facile etiam ad Asiaticos Thynos potuit transferri. Neque vero, quo tandem modo in Paphlagoniam venire potuerit, adhuc explicandum. Quamquam vix dubitet quispiam, quin Pherecydes Ephorus Arrianus, ut de aliis taceam, nonnulla historiae ratione habita aut transtulerint aut translatum ab aliis acceperint, praesertim cum veteres poëtas nihil horum habere scirent. Sed quomodo haec difficultas esset expedienda, iam Abelius optime ostendit, qui Bithynorum migrationem coniunxit cum magna illa Cimmeriorum in Asiam invasione.

Certe multa, quae vir doctus de Thynis in Thracia ipsa omnia commutantibus protulit, quamquam aliquid eos perturbasse per se verisimillimum est, iam eam ob causam incerta sunt, quod nihil omnino de eiusmodi commutationibus traditum est[283]) et vel Thraciae ab Homero descriptae ab ea quae postea fuerit diversitas quam statuit nulla est, dummodo Homerum poëtam non geographum litora modo Thraciae cognovisse concedamus. Sed quod B. Giseke[284]) contra Cimmeriorum et Trerum cum Bithynis coniunctionem disseruit ex temporum ratione — esse enim Bithynorum a Paeonibus fugam ita traditam, ut dubium nihil relinqueretur, equidem minime dubito, quin haec ipsa continuatio rerum plane incerta atque (apud Bithynos) omnino non tradita sit. Praeterea Abelius non uno anno omnes illas gentes e Thracia prorupisse dicit, sed per multa saecula continuatas invasiones „(es war) nicht ein Sturm, sondern ein langes Völkerwogen, aus dem die neuen Zustände hervorgingen. Die letzten Wellen sind es, die uns durch die etwas verwirrten Erzählungen von den skythischen und kimmerischen Zügen bekannt sind." Continuationem modo omnium illarum incursionum in Asiam factarum optimo iure pressit.[285]) —

Cimmeriorum expeditiones inde ab ineunte septimo saeculo usque ad Alyattis strenui illius Lydorum regis tempora factae

---

Herodoto hauserit. — [283]) Ut ipse concedit p. 82 l. l. — [284]) Giseke l. l. p. 111 n. 72. — [285]) Cf. Ed. Meyer, G. d. A. I § 452. — [286]) Idem

omnibus sunt notae.[286]) Ac Cimmerii quidem ipsi Thraces non fuerunt; sed fuerunt Treres qui saepe una cum illis nominantur et quorum sedes etiam Thucydidis aetate in septentrionali Thraciae parte notae erant.[287]) Sed inveniuntur et alias satis multa Thracum vestigia, velut in Caria manserunt Trallii Thraces, qui Trallibus urbi nomen indiderunt, sed iidem etiam inde a quarto saeculo usque ad Romanorum adventum diversis in Europa locis habitasse traduntur, a quibus B. Giseke totam Thracum gentem *Ἀστραλίας* nominasse Lydos coniecit;[288]) accedunt Thraces Locozum Phrygiae oppidum tenentes.[289]) Porro Edonos Antandrum (et eam quidem ut videtur ante Cimmerios) Aristoteles,[290]) Abydum Thraces Strabo[291]) obtinuisse tradit; et idem Strabo[292]) Maedobithynos aliquos in Asia commemorat ut Thraciam gentem, quorum vel nomen Europaeorum Thracum partis, Maedorum scilicet, nos commonefacit.

Iam vero Cimmerios dicit Arrhianus a Bithynis Pataro duce expulsos esse e terra, quam inde ab eo tempore Bithyni tenuissent.[293]) Pugnatum esse nemo neget, sed post demum Cim-

l. l. quae apud Herodotum de iis confuse admodum tradita inveniuntur denuo examinavit. — [287]) Thuc. II, 96 *τὰ πρὸς Τριβάλλους .... Τρῆρες ὥριζον καὶ Τιλαταῖοι· οἰκοῦσι δ' οὗτοι πρὸς βορέαν τοῦ Σκομίου ὄρους καὶ παρήκουσι πρὸς ἡλίου δύσιν μέχρι τοῦ Ὀσκίου ποταμοῦ.* — [288]) Strab. XIV, 1, 42 p. 648. *Κτίσμα δέ φασιν εἶναι τὰς Τράλλεις Ἀργείων καί τινων Θρακῶν Τραλλίων, ἀφ' ὧν τοὔνομα.* Cetera diligenter collegit B. Giseke l. l. p. 18—20 (cum notis). Hic adnotare liceat, a Thracibus illis fabulam de Pygmaeorum cum gruibus pugna e Thracia translatam videri in Cariam cf. St. B. s. v. *Κάττουζα· πόλις Θράκης, ἐν ᾗ κατῴκουν οἱ Πυγμαῖοι. ὅθεν δὲ τὰς γεράνους ὁρμᾶν, τὸ χωρίον Ῥακώλην προσαγορεύεσθαι. ὑπὸ δὲ Καρῶν Τουσσύλοι ἐκαλοῦντο.* [Sane potest etiam fingi fabulam a Caribus in Thraciam venisse; v. n. 302.] Plin. n. h. V, 108 in Caria Berecynthius tractus, Nysa, Trallis... quidam ibi Pygmaeos habitasse tradunt. — Homerus *Γ* in. prope Oceanum (meridiem versus) Pygmaeos collocat, quo hieme grues emigrent. — [289]) Xanth. fr. 6 ap. St. B. s. v. *Λόκοζος· πόλις Φρυγίας, ἣν ᾤκουν Θρᾷκες Λοκόζιοι.* — [290]) Arist. ap. St. B. s. v. *Ἄντανδρος. Ἀρ. φησὶ ταύτην ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα διὰ τὸ Θρᾷκας Ἠδωνοὺς ὄντας οἰκῆσαι, ἢ Κιμμερίδα Κιμμερίων κατοικούντων ἑκατὸν ἔτη.* — [291]) Strab. XIII, 1, 22 p. 591 *ᾤκουν δὲ τὴν Ἄβυδον μετὰ τὰ Τρωϊκὰ Θρᾷκες· εἶτα Μιλήσιοι.* — [292]) Strab. VII, 3, 2 p. 295. — De Erythraeis Thracibus cf. p. 53/4. — [293]) Arrh. fr. 7 ap. Eust. D. P. 322. *Θρᾷκας ἐξ Εὐρώπης διαβῆναι μετὰ Πατάρου τινὸς ἡγεμόνος, ὅτε οἱ Κιμμέριοι τὴν Ἀσίαν κατέτρεχον, οὓς ἐκβαλόντες ἐκ Βιθυνίας*

merios venisse Bithynos in Asiam prorsus incredibile est (Abel). At tamen, ut saepissime fieri constat in eius modi invasionibus, ubi alia gens aliam insequitur, ea quae iam alicubi consedit ab insequentibus aut expelli aut eas ipsas a suis finibus arcere potuit. —

Atque etiam apud Mariandynos de Cimmeriorum invasione narratum est;[294]) quin fuerunt qui Mariandynum Cimmerii filium dicerent.[295])

Denique in Paphlagonia paeninsulam illam, in qua Sinope sita erat, Cimmerios occupasse Herodotus testis est.[296])

Totam igitur Ponti Euxini oram inde a Bosporo usque ad Paphlagoniam partim Thraces, partim Cimmerii tenuerunt; ac Cimmerii quidem non consederunt nisi singulis locis, quae quasi *ὁρμητήρια* iis essent, unde ad expeditiones suas exirent quaeque receptacula haberent; — sed omnia certe terrore, caedibus, rapinis impleverunt. Ac propter Cimmerios etiam Phineus in Paphlagoniam a Graecis historicis translatus mihi esse videtur, et quod ibi mansit, ex diuturna Cimmeriorum in illa terra commoratione explicandum. Quod eo facilius fieri potuit, quod Cimmerii cum Thracibus partim coniuncti venerunt partim saltem ex eadem regione, ut distinguere eos saepe difficile esset.

Atque C. Abel[297]) Mariandynos quoque Thraces fuisse ratus hos cum Cimmeriis Bithynis ceteris venisse censet, sed brevi victos atque omnino oppressos. Si Thraces fuerunt Mariandyni, laudanda est huius sententia; at dubitari posse supra vidimus. Confert vir doctus diuturnum illud apud Apollonium[298]) Mari-

---

οἱ Θρᾷκες ᾤκησαν αὐτοί. — [294]) Arrh. fr. 47 ap. Eust. D. P. 791 *ἐπέκεινα Σαγγαρίου ὅμοροι Παφλαγόνων Μαριανδυνοὶ, ἔνθα πόλις Ἡράκλεια πεπόλισται, ὅπου Κιμμέριοι πόαν φαγόντες ἀκόνιτον ἐδυστύχησαν. ἦν γὰρ αὐτοῖς πάτριον τὸ ποηφαγεῖν.* — [295]) Schol. Ap. Rh. II, 780 *ὁ δὲ Μαριανδυνὸς Φινέως* [Hes.] *ἢ Φρίξου* [?!] *ἢ Κιμμερίου λέγεται παῖς εἶναι.* — [294]) Hdt. IV, 22 *φαίνονται δὲ οἱ Κιμμέριοι φεύγοντες ἐς τὴν Ἀσίην τοὺς Σκύθας* [haec omnia ex Sacarum cum Scolotis confusione fluxerunt, sed quod sequitur non tangunt] *καὶ τὴν χερρόνησον κτίσαντες, ἐν τῇ νῦν Σινώπη πόλις Ἑλλὰς ᾤκισται.* — [297]) O. Abel l. l. p. 81. — [298]) Ap. Rh. II, 786 sqq. quem doctos certe auctores secutum esse scholia probant: Diniam Argivum et Nymphidem Heracleotam. (Uterque ante Apollonium vixit: cf. Muelleri praefationes

andynorum cum Bebrycibus (i. e. Phrygibus) aliisque finitimis populis bellum, quo Maryandyni diu victi Herculis auxilio per aliquod tempus victores fuerint, Mysos Bithynos Paphlagones usque ad Billaeum fluvium sibi subiecerint; sed absente Hercule a Bebrycibus denuo victos et ad Hypium usque repulsos esse. En doctum et accuratum poëtam Alexandrinum! — Ceterum et hunc me legisse memini Herculem esse Phoenicium. Quamquam vixdum dubium esse potest, quin Heracleae ascribendus huiusque urbis proprie heros sive *ἐπώνυμος* sit. Heraclea autem cum anno fere 558 a. Chr. n. condita esset,[299]) certe ante hoc tempus Hercules Mariandynorum propugnator esse non potuit. Postea vero praesertim per auctores Heracleotas Nymphidem alios Mariandynorum pristina quoque facta Herculi iam omnia attribui facile potuerunt. Unde iam Apollonius sua hauserit. Quare si Mariandyni cum Thracibus aut Cimmeriis aliquo modo cohaeserunt, quin vel Graecus Hercules illorum florentes res expresserit nihil obstat; (quippe cum Mariandynis vinci Hercules non potuit!); — sed cautius esse videtur rem in suspenso relinquere.[300]) —

Postquam ea collegi quae ad illustrandam Phinei personam maxime idonea mihi visa sunt, viri doctissimi mihique summe venerandi sententiam proferre liceat, Alfredi de Gutschmid, qui cum Caribus Phineum coniunxit.[301]) Quos in Ponto Euxino aliquando naviculariam fecisse ex singulis sed eo ipso certioribus vestigiis optimo iure conclusit.[302]) Sed

---

ad hos auctores in F. H. G. III.) Schol. Ap. Rh. II, 786 *ὅτι δὲ Φρύγας ἐχειρώσατο τοῖς Μαριανδυνοῖς (ὁ Ἡρακλῆς) καὶ Νύμφις ἱστορεῖ.* ad 789 *ὅτι δὲ τοὺς Παφλαγόνας ὑπέταξεν Ἡρακλῆς τοῖς περὶ Λύκον ἱστορεῖ Δεινίας ἐν πρώτῳ Ἀργολικῶν καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς* (qui multo post Apollonium vixit) *ἐν δεκάτῳ Βιθυνιακῶν.* Ceterum Mariandynorum cum Bebrycibus bellum narratur iam apud Theopompum fr. 201 [v. supra n. 279]. — [299]) Ed. Meyer G. d. A. I, § 487. — [300]) Idem § 288 Mariandynos et Paphlagones Phrygibus attribuere videtur, hos ipsos autem ad magnum aliquem gentium multarum complexum revocat, quem „West-Kleinasiaten“ nominat. — [301]) Quam cum in scholis proferre soleat publici iuris faciendam benevole mihi permisit. — [302]) Sunt haec fere: 1) Plin. n. h. VI, 20 (prope Tanaïs ostium) tenuere finitima primo Cares, dein Clazomenii et Maeonis . . . 2) orientalis Thraciae regio dicitur *Καρία* et locus ibidem *Καρὸς κῆποι.* 3) Nominis

etiamsi quis veterum, id quod haud scio an factum sit, Carem Phineum informaverit, tamen genuinum Carem eum non fuisse neque cum eo Harpyias a Caribus in Ponti Euxini oram translatas esse, iis, quae supra disputavi, me ostendisse spero. Quod vero Phoenicis filius ab Hesiodo antiquissimo eo auctore dicitur, idem passus est quod Cadmus: in ambobus Graeci aliquam rationem cum Phoenicibus initam, imprimis commercium cum iis factum, exprimere voluerunt, sed neuter Phoenicibus est ascribendus. — Denique Welckeri etymologiae, qui Phineum simpliciter Thynorum *ἐπώνυμον* esse probare conatus est, quod *φ* cum *ϑ* et *υ* cum *ι* nonnunquam commutarentur apud Graecos, quantum quidem scio nemo adhuc assensus est.[303])

3.

EPIMETRUM DE RHESO.

Quae de Rhesi persona scimus prope omnia ex decimo Iliadis libro, qui dicitur *Δολώνεια*, et ex Rheso, quae fabula Euripidis esse traditur, fluxerunt. Si quid aliunde de eo accepimus, infra suo loco commemorabimus.

In Iliade igitur[304]) Rhesus Thracum rex Eionei filius (i. e. Eionis oppidi apud Strymonem siti *ἐπώνυμος*) decimo demum anno Troibus auxilio venit. Cuius albi equi currus arma ut pulcherrima et pretiosissima describuntur; omnia auro argentoque fulgentia.[305]) Sed eo miseriorem habet exitum: dormientem inter suos Diomedes iugulat.

Salmydessi (ubi Phinei regia a multis collocatur) [sicut et Odessi] forma Cariam originem prae se fert, ut omnia nomina in *ησσος* [quae in Caria et in tota Asiae ora meridionali saepissime occurrere constat]. — 4) Pygmaeorum fabula per Cares ad Thraces translata inde ad Graecos venit [v. supra]. — [5) his argumentis addi potest, quod nuper E. Hesselmeyer l. l. p. 8 disputavit de nominibus in *αμος*, quae Caribus ascripsit. Refert enim in ea et *Σήσαμον* Paphlagoniae urbem, ubi Ephorus Phinei regiam finxisse videtur]. — [303]) Welcker, Die Aeschyleische Trilogie Prometheus p. 480. — [304]) Hom. *K* 434—41. — [305]) Quod Thracium colorem vel nullum ostendunt (W. Helbig, homer. Epos etc.

Certe ut totus ille liber ita maxime Rhesi mors singularem in Iliade locum tenet. Sed ex sola Dolonia nihil certi de Rhesi figura esset eruendum, cogitari posset aut omnino ficta esse a poëta aut ex vetere aliqua fabula in huius usum translata.

Sed omnem dubitationem tollit tragoedia, de qua U. d. Wilamowitz[306]) hoc fert iudicium: ‚Die Tragödie Rhesos ist eine Dramatisierung der Dolonie und enthält doch Züge, die weit altertümlicher als ihre Vorlage sind: sie stammen unmittelbar oder mittelbar aus der thrakischen Volkssage.' Atque eum locum vir doctus optimo iure pressit, quo Musa filii sortem et condicionem narrat. A Strymone se Rhesum peperisse, partum vero pudore commotam in fluvium coniecisse,[307]) ubi a Nymphis educatus postea Thracum rex esset factus. Cetera iam omnia ex Achillis imitatione a poëta addita sunt: et huic divina mater est vaticinata, ne Troiam proficisceretur, ubi ei ex fato moriendum foret. Sed iam quid Rhesum post mortem maneat videndum.

v. 962: *οὐκ εἶσι γαίας εἰς μελάγχιμον πέδον*

— — — — — — — — — — —

v. 970: *κρυπτὸς δ' ἐν ἄντροις τῆς ὑπαργύρου χθονὸς*
ἀνθρωποδαίμων κείσεται βλέπων φάος
Βάκχου προφήτης ὥστε Παγγαίου πέτραν
ᾤκησε σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός.

Est sane Rhesus a poëta cum Orpheo aliis eius modi figuris coniunctus, et totus locus Orphicum aliquem colorem prae se fert, neque vero eam ob causam omnia quae in tragico Rheso ab Iliade diversa sunt ficta esse aut ab Orphicis aut ab huius tragoediae poëta statuendum est. Summum est, quod cum Bacchi cultu coniungitur, cuius oraculum in ipso Pangaeo monte per multa saecula Bessi Thraces custodiverunt. Quod Homerus eandem Rhesi patriam vel patris nomine indicat, ita solum explicandum videtur, ut iam *Δολωνείας* poëtae — vel ei, quem hic secutus est; neque enim refert — Rhesi in Thracia cultum notum fuisse statuamus.

---

p. 4 sqq.) certe soli poëtae culpae dandum est. — [306]) U. d. Wilamowitz, homer. Untersuchungen p. 413. — [307]) Cf. narrationem de

Iam vero Rhesus Ilium venit ibique moritur. Sed manserunt eius vestigia, imprimis Rhesus fluvius ab Ida in mare profluens.[308]) De cuius situ apud veteres ambigebatur: Demetrius Scepsius aut eundem esse quem Roïten, aut in Granicum effundi dixit;[309]) alii cum Rhebante Bithyniae flumine contulerunt.[310]) Parthenius vel occisum apud sui nominis fluvium Rhesum narravit.[311]) Denique Strabo inter *ὁμωνυμίας*, quae Troadi cum Thracia intercederent, etiam Rhesum in Troade fluvium et Rhesum Thracum regem retulit.[312])

Atque etiam tumulum Rhesi in Troade fuisse — sicut Achillis Patrocli Hectoris — ex Hectoris in tragoedia verbis concludas:[313])

καὶ νῦν ἑτοῖμος τῷδε καὶ τεῦξαι τάφον
καὶ συμπυρῶσαι μυρίων πέπλων χλιδήν,

quamquam stricta loci interpretatio id non postulat. Sed narratur a Polyaeno[314]) Hagnonem Amphipolis conditorem ex oraculo (quod verbotenus affertur) Rhesi ossa ex huius monimento (*σῆμα*) apud Troiam exstructo clam transferenda curasse elusis insuper Thracibus. Iam vero hic ipse dolus (*σπείσασθαι γὰρ τρεῖς ἡμέρας, οὐ τρεῖς νύκτας*) nihil aliud est nisi illa apud Ephorum *Θρᾳκία παρεύρεσις*,[315]) neque vero ea a Thracibus contra Graecos, sed invicem a Graecis contra Thraces adhibita, qui quasi suis armis vincuntur. Fictus igitur dolus videtur ad Ephoreae narrationis exemplar ab homine id ipsum agente, ut illud vel superaret, id quod ut caveamus nos admonet, nec tamen ut statim totum reiciamus.

Ad Bithyniam (vel Mysiam) Rhesum refert Parthenius,[316]) qui Arganthones eum amatorem facit; pertinet autem Arganthone ad montem prope Cium oppidum situm.

Eumolpi partu apud Apd. ex Eur. Erechth. v. p. 17. — [308]) Hom. *M* 17 [unde Hes. Theog. 337—45 compilavit]. — [309]) Demetr. Sceps. fr. 29 (Gaede) ap. Strab. XIII 1, 44, p. 602. *ὁ μὲν Ῥῆσος ποταμὸς νῦν καλεῖται Ῥοείτης, εἰ μὴ ἄρα ὁ εἰς τὸν Γράνικον ἐμβάλλων Ῥῆσός ἐστιν.* — [310]) Plin. n. h. V, 124 „Rhesus etc. .. vestigia non habent" contra VI, 4: a faucibus Bospori est amnis Rhebas, quam aliqui Rhesum dixerunt. — [311]) Parthen. narr. amat. 36. — [312]) Strab. XIII, 1, 21 p. 590. — [313]) [Eur.] Rhes. 959/60. — [314]) Polyaen. VI, 53. — [315]) Vide de ea p. 53. — [316]) Par-

Quibus omnibus vestigiis collectis hoc certe efficitur Rhesum et Thraciae et Troadis atque Bithyniae fabulis connexum fuisse. Quod, cum ab ipsis Thracibus eum cultum fabulaeque originem vere Thraciam esse viderimus, optime ita interpretabimur, ut ab ipsis Thracibus Bithynis illis et Thynis in Asiam migrantibus fabulam translatam esse iudicemus. Ac fecit Rhesum Appianus[317]) — si coniectura, saltem haud inepte — Bithynorum illorum ducem. Quamquam morari in huius narratione nolo, quae Bithynos in Asia habitantes cum Rhesi expeditione in Troiam facta et simul cum Thynis Salmydessum tenentibus coniungere conatur et ipsa per se non multi est aestimanda. Satis mihi est demonstrasse Rhesum iam apud veteres cum Bithynorum migratione fuisse coniunctum.

Iam vero Rhesi expeditio qualem Ilias depinxit et Bithynorum migratio quam quidem Herodotus descripsit id certe habent commune, quod ambae a Strymone in Asiam suscipiuntur. Herodotus sua a Bithyno quodam se audivisse significat, qui si a suis maioribus tradita acceperat, his certe Rhesi apud Homerum fabula optime confirmatur; sin autem auctor ille carminum Homericorum aliquantulum fuit peritus [cf. Lydum Xanthum, de quo idem constat ex fr. 5 coll. B 863], potuit etiam ex ipso Homeri loco illa de Strymoniis Bithynorum maioribus fingere.

Sed quocumque modo haec accipiuntur, sive comperit ille Bithynus aliquid de Rheso Homerico sive eius narratio a Graecis fabulis nullo modo pendet, certe duplex de Rheso fabula apud Strymonem et in Asia collocata sola iam per se haud contemnendum est testimonium, quo probatur Bithynos si non omnes e Pangaei regione venisse, sed aliquam certe partem (velut Edonos illos, quos Antandrum tenuisse Aristoteles novit) inde maxime profectam magnas illas Thracum turbas in Asiam irrumpentes auxisse.

then. narr amat. 36 [unde St.. B. s. v. Ἀργανθών]. — 317) App. Mithr. 1.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ad p. 15. Hymni in Cer. vv. 265—7 O. Crusius, Beiträge zur griechischen Mythologie und Religionsgeschichte, progr. gymn. Thom. Lipsiens. 1886 p. 20 ad illa pugnae simulacra spectare ostendit, quae in rusticis festis saepe redirent; haec cum duobus testimoniis de festo et Eleusine (Ath. IX p. 406 d.) et Athenis (Hes. s. v. *βαλλητύς*) acto, cui nomen *βαλλητύς* esset, coniungenda. Ac quis neget *τιμὴν ἄφθιτον* illam, quam Ceres alumno suo antecedentibus versibus vaticinata est, aptius non posse explicari quam festi, cuius caerimoniae certe diu manserint, commemoratione seu — nempe dea loquitur — institutione? Sic interpolationis statuendae necessitas feliciter est sublata.

Ad p. 62. De fabularum scriptoribus qui Phinei res narraverunt egit Ed. Schwartz, De Dionysio Scytobrachione, p. 14, 27—30, qui etiam Orphei personati Argonauticorum de Phineo narrationem ad Sophocleam originem revocavit; quamquam „vilem istum poëtam ne linguae quidem Graecae satis peritum et certa historiae fabularis notitia . . carentem“ non ipsam tragoediam legisse, sed „docto aliquo veterum fabularum thesauro usum esse“ satis probabiliter coniecit.

Ad p. 77 n. 288. Hic alterum quoque Plinii locum ascribere potui n. h. IV, 44, qui in Scytharum Aroterum finibus in septentrionali Thraciae parte oppidum commemorat Geraniam, ‚ubi Pygmaeorum gens fuisse proditur. Catizos barbari vocabant creduntque a gruibus fugatos‘.

Typis expressit Julius Sittenfeld, Berolini.

S.6 [illegible]

Abantia - Amantia 55

Cares 79
Cadmus 59, 21 Cepheus 68 Cimmerii 76
Cleopatra 65

Eidothea [illegible]
Erechtheus 31
Eumolpos u. Eumolpiden 27

~~Harpyien~~ 66
Herakleia 79

Pandareos 43 Pandion 45
Pygmäen 77a.

Strophades 63 Nymphaliae aves 69
Taygetus 30-33 Tereus megarisch 49.
Theseus 17

p 37 ſ 6 Thraker auf Bühne
p 41 A ſ 10 Διονυσ. τραγ.
p 35 A ſ 3 zu Tzetz Eur. Αὐτολυκ.
p 73 ſ 4 Orakel Thraker.